

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pandectae Veteris Et Novi Testamenti Historiae

Draud, Georg

Francofurti ad Moenum, 1613

[urn:nbn:de:bsz:31-162406](#)





36748

P A N D E C T Æ
VETERIS ET
NOVI TESTA-
MENTI HISTORICÆ,
(INSERTIS SVO LOCO ATQ;
ordine duodecim Patriarcharum Te-
stamentis) collectæ simul &
Bib recollectæ *Novi testamenti*

A M. GEORGIO DRAVDIO.
Schol *Zia un*
Inferta est Praefationi CONFESSI *NIS pia*
atg orthodoxæ formula brevis ac
perspicua.



PROSTANT
In Bibliopoleio PORSIANO, quod est
Francofurti ad Mœnum.

Anno 1613.

ak
T R E B I T P V
A T R U T M O L
E N T H I S T I C
S E R V I C E
B L A C K H A R D
L A M B

92A7508AR



REVERENDO ET

ERVDITO VIRO M. HENRICO
DRAVDIO, ECCLESIÆ DAVERNHEI-
mensis Pastori fideli atque industrio, fratri (ab
utroque parente) frater compatri (vin-
culo reciproco) compater,

M. GEORGIVS DRAVDIVS.

Dte, frater ac compater ami-
cissime, redeo, non quòd ne-
mini possim hasce obrudere
Pandectas, sed quia nemini
magis volo. Etsi verò hanc Præfationis te-
lam altius exordiri ac pertexere animus
erat, mutata tamen sententia, vsque dum
omnia & singula probè maturescat, pru-
dens substiti, quippe, quod viri prudentis
sit, non ea solum quæ ante oculos, sed et-
iam, quæ futura sunt, prospicere: sed &
tabescentis huius seculi perplexitas, quam
dudum viderunt, exindeque passurus ali-
quando Germaniæ superioris deliquium
præfigierūt ij, quos vaticinij spiritu Deus
repleuit, manum de tabula cuiq; etiam

):(2 corda-

cordatissimo facile retrahit. Vedit hanc perplexitatem inter alios etiam piæ ac sanctæ recordationis parens noster Philippus Draudius, Ecclesiæ Dauernheimensis per totos quadraginta annos Pastor vigilantissimus, eamque ingemendo, suspiriis, lingua ac manu multoties expressit, in oratione cumprimis, quam 8. Iulij, Anno 1578. iussu ac voluntate Reuerendi clarissimi ac doctissimi viri Dn. Ioannis Pistorij, Superintendentis &c. habuit coram veneranda Synodo Niddana, in qua de peruerfis & corruptis huius seculi moribus, tristissimoque Ecclesiæ statu ac miserrima eiusdē facie, potissimum agēs, grauissimā diuī Lutheri cōmonefactionem seu verius Prophetiam inter cætera allegat, qui, *Nolite, inquit, vobis metuere à Papa, qui in nostris mortuis est Ecclesias, sed ab iis qui in nostris sedeant concionibus & lectionibus, easq; pennis excipiunt;* atq; ex hac D. Lutheri sententia, sumpta occasione, omnes pietatis ac religionis purioris Doctores atque Pastores per supremam conscientiæ ipsorum gratitudinem, quam præter Deum sanctissimo Megalandro Luthero acceptam ferat, in isthac oratione parens noster

DEDICATORIA.

noster grauiter hortatur, vt quum doctrinæ Euangelicæ instauratorem melior suscipiat ac veneretur Germania, adeoque non mortuus sit, sed viuat adhuc, cum Lutheru Lutherus, proinde vt Lutheri doctrinæq; Lutheranæ existimationem puram conseruent, inque nothis & adulterinis dogmatibus abdicandis, veraq; ac salutari Euangelij doctrina fouenda, propaganda, conseruanda, eam adhibeant diligentiam ac feruorem indefessum, vt si deliquium aliquando sint passuræ haec superioris Germaniæ Ecclesiæ, quod futurum esse verbi diuini contemptus satis luculententer arguat, his tamē ad minimum oris viuat & nota sit confessionis huius sinceritas apud eos, quos Euangelicæ puritatis confessores ventura fortasse habebit posteritas. Probè nimirum agnouit parens noster fermentum, vt verba Hieronymi usurpem, hanc habere vim, vt si farinæ mixtum fuerit quod paruum videbatur, crescat in maius, & ad saporem suum, vniuersam trahat conspersiōnem. Proinde ad euitādam hæretici dogmatis prauitatem, inspectionem, simul & circumspēctionē, ex mandato Christi Matt. 16. exigit, cum-

):(3 primis

primis vero cautionem adhibendam monet, ne ea quæ semel deprehenderint corrupta atq; improba, ad suos ipsorum animos vel ipsi admittant, vel suis siue opertè siue apertè infundi vlo modo patientur. Hæc ex parentis nostri p. m. oratione aliquantò prolixius; sed hanc prolixitatem non tam parentis quam ipsius etiam religionis verus expressit amor; illius linguam ac manum huius puritatem vtrobiq; cum gaudio & congratulatione exoscular. Ad cuius etiam aliorumq; ipsi coætaneorum ac piorum Ecclesiæ Pastorum exemplum hodie cum primis elaboradum est, vt pretiosum illud & sacrosanctum D. Lutheri depositum sollicitè asseruetur, his præser-tim temporibus, in quibus tot infensissimos hostes vtrobiuis habemus, qui nihil non tentant, quo in nassam suam nos pertrahant, concreditum hunc Thesaurum nobis eripiant, & râcidam suam nobis obtrudant cramben.

Quo fine isthæc à me dicantur, probè nosti, & multi etiam viri cordati norunt ac deprædicant. Nullam ego hic allego, de qua querar, calumniam, quippe quæ et si audientiū aliquantis per primitus cōfir-

DEDICATORIA. 7

firmavit opinionē progressu tñ temporis nihil ipsa factū est imbecillus : cumq; calumniatores malè dicendi potestate habeant , ego è conuerso nō malè audiendi; quamobrē etiā εν ἀξια ὄντα φόρος δακτύλων , ne crepitū quidē digitī dīgna calumpniātium probra iudicās , siquidē id citra honoris ac famæ meæ dispēdiū fieri potest , nulla alia re , præterquam silētio illos punio , omnino iuxta D. Chrysostomi cōsiliū , qui , si , inquit , vindicare vis , file , & funestam ei dedisti alapam . Tandem enim multorū improbitate depresso veritas emergit , & innocentiae defensio interclusa iucūdē respirat.

Sed enim , səpē numero aduersus calumniam , gliscente cum primis inuidia , nihil prodest vera dicere , omnisque defensio superuacanea est apud eos qui præiudiciis inescati , ex vita benē trāsacta accusati innocentiam non agnoscunt , apud quos etiam vel accusare saltem , sufficit , ad eoque apud eos nemo est innocens . Atq; hoc quidem casu , consilio non impetu opus est , cumq; prodefesse quis loquens nequit , tacens despici quàm loquendo irritare mauolet , nihil enim æquè prodest , quàm quiescere , & minimum cum aliis

: (4) loqui ,

loqui, & plurimum secum, siccq; viuendū, vt inter prauos benē & inter malignantes innocentiae retineatur candor ac morum lenitas; officiorum interim assiduitate collendi sunt, qui sinistrum aliquid animo conceperunt, hac nimirum via, cuius euentus est incertus, is vt aliquando procedat, tentandus est.

Hæc non tam aliis quām mihi ipsi suadeo atq; inculco. Cum enim mare quodam ante plusculos annos, felicibus equidem auspiciis ac fidis quinetiam sociis subingressus sim, minax verò haetenus tempestas, & immisso à latente Æolo flatus me sæpenumero concusserint, adeoq; modò propiore, modò longinquiore intervallo, ingerentibus sese subinde inopinatò remoris portum ægrè sæpenumero prospiciam, & tantum non attingam, in silentio tamen interim & spe, velis ac remis nequitquam confractis, minu sq; prora dispersa, haetenus moror, nec tamē immorior. Et quia, dicente Seneca, qui constans est, imperturbatus est, sine tristitia est; ego constans animo, semper mihi similis, eodem vultu, æqualiter me in omnibus gero, (non equidem, quemadmodum sæpenumero

DEDICATORIA. 9

mero magni duces faciunt rebus afflictis,
 vt hilaritatem de industria simulēt, & ad-
 umbrata lātitia res aduersas abscondant,
 necessitatīq; adeo obsequantur,) verè ex-
 ultans in bona mea conscientia & cau-
 sa, & in patiētia possidens animam meam;
 crescitque mihi magis ac magis πληρωμή
 fidei; quum simul etiam sic sim munitus
 ab iniuria, vt innocentiam vbiuis habeam
 comitem, adeoque accusatorem exterius
 non pertimescam; *Conscius in culpa non sce-
 lus esse mea.* Proinde semper mihi Mens sta-
 bilis, tenor idem animo, moresque modesti. Etsi
 verò diuturnitatis ac moræ aliqua inter-
 dum afficiar moestitia, dictorum tamen
 nulla poenitentia detineor: *Nec tādia cœ-
 pti Villa mei capiam, dum spiritus iste manebit.*
 Nec me breuis molestiæ poenitet, neque
 piget tādij aliquantum deuorasse; diutur-
 nitatisque adeo impedimentis minimè
 dimotus, omnemque sibilantis fortunæ
 excipiens impetum, *Perfero & obduro, scies*
quod dolor hic mihi proderit olim. Cumque
 dicente Bernhardo, „turpe sit cedere on-
 ri & luētari cū officio quod semel suscep-
 sti. Itaque ego perstitti:ne, quod Cypri-
 nus grauiter arguit, animus dubius & in-

): (5 certus)

certus variis opinionibus, velut quibusdā
ventorum incurſantium flatibus agitetur
à proposito suo, ac quadam lenitatis de-
prehensione, mutetur: confidens in hoc
ipsum, quod qui cœpit in me opus bonū
perficiet vsq; in diem Iesu Christi, &c.

Habes rei summam, quæ tibi cæterisq;
intelligentibus sufficit, planius eandem,
quam omnes intelligent & tantum non
palpent, dicturus in alio Tractatu. Ad ex-
tremum interim confessionem fidei, bre-
uem illam quidem, (quum mea, quam ha-
ctenus edidi, pro causâ ac negotij exigen-
tia sit satis benè prolixa,) euidentem ta-
men atq; perspicuam quam in penu mea
libraria, non me autore equidē, assertore
tamen, exaratam nuper videbas, legebas,
comprobabas, eiusdemque tibi à me cō-
municationem fieri efflagitabas, typis ha-
beto publicis. Sic namque tædioso scri-
ptionis onere me subleuo.

F O R M U L A C H R I S T I A N A E
& orthodoxæ Confessionis.

AVREUM est & imis sensibus reponen-
dum hoc Apostolicum Præceptum,
I.Pet.

D E D I C A T O R I A . II

I. Pet. 13. vers. 15. Dominū autem sanctifi-
cate in cordibus vestris , parati semper ad
satisfactionem omni poscenti vos ratio-
nem de ea que in vobis est, spe vel fide&c.
Quod cum non tantum omnibus in vni-
uersum Christianis, sed vel maximè iis di-
ctum sit, qui ad Ecclesiæ clauum sedere
aliquando debent, quibus non tantum, vt
Augustinus monet veritas credenda, sed
& loquenda est intrepide, quo facilius à
Pseudodoctoribus discerni & Ecclesiæ
Christi præfici vtilius possint, in primis in
hac exulcerata ac planè cōclamata mun-
di senecta, vbi multi ἀμφιδέξιοι reperiūtur,
qui cum nec frigidi verè nec ferudi quo-
que sed intermedij sunt, cum omnib⁹ col-
ludunt , & diuersissimas etiam credendi
formulas, eodem prorsus loco habent: A-
lij quoquis vel Protheo, vel Chameleone
mutabiliores, instar arundinis, persecu-
tionum vento se flectunt , & pro re nata,
modò his modò illis se aggregant. Com-
plures verò sub vestimentis ouium Eccle-
siam Domini inuadunt, destruunt, diruūt,
θμοια μὲν λαλεῦτες, δινόμοια δὲ φρονεῦτες, vt de suo
hoc mihi Irenæus largiatur.

Quapropter cùm & ego nō ita pridē in
vineam

vineam Domini vocatus, fidei meæ confessionē ac pleniorē exponere iussus sim, apertè & candide profiteor, me cum primitis sacrofāctū Dei verbum seu ἀρχὴν illū ἔγγαστον à Prophetis & Apostolis immediato Spiritus sancti afflatu perscriptū pro norma vñica & regula fidei doctrinæ que agnoscere, cum quo omnis nostra fides ita Adamantino vinculo cohērere debet, vt eodem illo sublato fidem omnem prorsus corruere necesse sit. Apostoli c̄nīm Euangeliū tunc præconizauerunt, postea verò, vt Irenæus refert, per Dei voluntatē inscripturis nobis tradiderūt, fundamentū & columnā fidei nostræ futurū.

At verò cum & hæretici nullo non tempore mirificè de Dei verbo gloriati sint, & de illo tantum non triūphos egerint (Nullæ enim vñquam, vt Tertullianus ait, sine scripturis hærefes esse possunt) idcirco ut mentē meam funditus aperiam, omnemque prorsus dubitationis materiam præcidam: En tesseram confessionis meæ oīv̄ dēc̄ perpetuam, cui non corde & calamo solum, sed & vita ipsa, & sanguine, si opus sit, subscribere non dubitabo.

Symbolum Apostolicum Nicænum &
Athana-

Athanasiandum modis omnibus approbo:
 subscribo confessioni Augustinæ *γνοσίας*
 ita dictæ, & cum libro Concordiæ facio.
 Detestor autem, & ex animo detestor o-
 mnes fanaticas opiniones maleferiatorū
 hominum, quales sunt potissimum hoc
 nostro seculo Caluiniani vel clancularij,
 vel manifesti, Pontificij item ac Iesuitarū
 turba turbulēta, quorum illi Philosophiæ
 principiis & rationi humanæ plus iusto
 indulgent: hi verò toti ab Idolo suo Ro-
 manensi dependentes, omnia eius placi-
 ta, etiam absurdissima, & *dis dīa ταράπων* dis-
 sentientia non secus ac ipsa Dei oracula
 excipiūt, pro quibus etiam velut pro aris
 & focis ad mortem vsq; gnauiter dimicāt.

Porrò abhorreo etiam & totus alienus
 sum à M. Flaccij Illyrici errore, & omnib⁹
 cius a fœclis & propugnatoribus, commis-
 seratione potius quam refutatione dignis-
 simis. Nec Huberi dogma sector, quod vt
 nouum plane & inauditum, sic & ab an-
 tiquissima diuina verbi veritate alienissi-
 mum esse comperio. Arianos verò, Ana-
 baptistas, Adiaphoristas, Suenckfeldianos,
 & si qui sunt id genus alij, eos omnes
 quotquot sunt, cum deliriis suis & blas-
 phemiis

phemiis execrādos , diris omnibus deuo-
uendos, improbandos, damnandos, & ad
orcum vsque relegandos arbitror : Et vt
rem verbo complectar , Lutheranum, me
esse fateor, cuius viri me hercle nō pudet,
vt pote qui & sacrā scripturam dextrē ex-
plicauit, & ἵπτετωσιν sanotum verborum
per omnia seruauit, & quod caput est, sa-
nam religionis orthodoxę doctrinam sin-
gulari & immenso Dei beneficio ex supe-
riorum seculorum tenebris plus quam
Cimmeriis & Ægyptiacis in clarissimam
lucē produxit, & modis omnibus instau-
rauit. Post Lutherū verò Nobilissimum
illud Germaniæ lumen , grauiissimum il-
lum Theologum Chemnitii amplector;
ad stipulor Brentio , Hunnum admiror,
& tantū nō in oculis fero Mentzerum, il-
lum Theologiæ Professorem acutissimū,
Præceptorem meum omni obseruantiae
genere prosequendum, &c.

Non autem viros istos (quos viros, hoc
est, homines fuisse non ignoro) eo animo
in medium produco , quasi fidem meam
ipsis non Christo dederim, quod absit; fed
quia video scripta illorū orthodoxa , quæ
averitate Canonica, ne latum quidem,
quod

DE D I C A T O R I A . 15

quod aiūt, pilum discedunt, iam antē cognita satis perspectaq; esse, adeoq; in omnium manibus teri quotidie; idcirco breuitatis gratiā lectorem beneuolum cō remitto, planè mihi persuasum habens, fore ut ex illis omnes colligere possint, quid de mea doctrina deinceps fideique formula habendum credendumve fit.

Quod superest, Dcū ter Opt. Max. indefessis precibus rogo, vt Spiritu S. suo clementer mihi adesse velit, qui me deinceps in hoc veritatis tramite conseruet, & contra omnes inferorum portas corroboret, per Iesum Christum Dominum nostrum Amen.

Atque hæc ad te breuibus. Sed nec breuius quisquam locutus est, quam qui tacuit. Et hoc fortassis debeam. At enim, quum silendi patientia nimia non prospicit, loquendiq; oportunitas haud negligenda sit; *dixi aliquid: sed nunc sufficit. Nihil ulterius.* Datæ Megacarbae in Musæo Ecclesiasti-
co 1. Augusti, Anno 1613.

S A N C T O -



SANCTORVM PATERNORVM.

DE RUBEN, IACOBIPRI
mogenito & primo duodecim
patriarcharum:

RUBEN primogenitus Iacobi patriarche, natus Anno mundi 2193. matrem habuit Lyam, filiam Labanis. Primogenituræ prærogatiuam amisit, cum post annos pubertatis concubinam patris Balam in lotione Balnei, satis impudice intuitus vitiasset. Factum id est circiter annos mundi 2215. Latuit scelus minime parentem: tulit autem ut patrem decuit indulgentem liberis. Porro quanquam horrendum scelus patrasset, nihilominus in numerum electorum patriarcharum iascriptus est, cuius nominis sine dubio signatum in libro viuentium.

Ceterum impune dictum flagrium histeris non tulit, ablatum enim est ab eo, (quod illi fuisset datum) sacerdotium. Fratrum reliquo-

A rum

rum de perdendo Iosepho, atque diuendendo facinus vehementer improbabuit, ac in se, quantum fuit, prohibuit. Genuit filios quatuor, Ennoch, Phallu, Estrom, & Charmi, profectus in Aegyptum cum patre cano, & reliquo gregi fratribus, ibi commoratus aliquandiu, cessit è viuis. Prius benedictione ante patris obitum accepta, se & suo facinore dignæ. Fuit autem hæc: *Effusus es sicut aqua, Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & contaminasti statum eius.* Moyses pariter moriturus nō aliam etiam propemodum reliquit benedictionem, his verbis: *Non morietur Ruben, sed vinet, attamen parvus conficietur in numero.* Proinde pœnara incestus cum Bilba commissi, luit in tota posteritate. Nam tribus illa numero semper exigua & viribus minus potens ceteris fuit. Ob id ad nullum fastigium dignitatis electus est, nec ipse, nec posteritas eius. Sacerdotium enim translatum est ad Leui, & regnum ad Iudam ac Ephraim ex fratre nepotem. Nati sunt ex hac tribu Propheta Ioei, & vidua Iuditha, victrix Holofernisi.

Cæterum cum duodecim patriarcharum Testamenta hodie circumferantur, quæ ob evidentissimas, quæ in illis continentur, de Christo prophetias, diu Iudæorum inuidia, fertur suppressa; anno demum Christi 1242. à Roberto II. cognomento Grosete, Episcopo Lincolniensi, coadiutore M. Nicolao Græ-

co,

SANCTORVM PATRIARCH. 5

co, Rectore Ecclesiæ de Dachet, ex Hebreo in
Latinum translata produntur. Proinde placu-
it singula singulorum historiis annexare.

TESTAMENTVM RVBN DE
luxuria & fornicatione.

Transscriptum testamenti Ruben, quæcū-
que mandauit filiis suis, priusquam mo-
raretur, in 125. anno vitæ ipsius. Post annos du-
os mortis Ioseph, ad ægrotantem congregati
sunt ut visitarent eum filii & filii filiorum eius,
& dixit eis: Filioli mei, ego morior, & vado vi-
am patrum meorum. Et videns illic Iudam,
Gad & Aser fratres suos, dixit eis: Erigit me
fratres, ut dicam fratribus meis & filiis meis,
quæcunque habeo in corde meo abscondita:
Deficiens enim ego sum amodo. Et stans o-
sculatus est eos, & plorans dixit: Audite fratres
mei, auribus percipite verba Ruben patris ve-
stri, quæcunque mando vobis: Ecce, testificor
vobis Deum cœli hodie, ut non ambuletis in
ignorantia iuuentutis & fornicatione, in qua
effusus sum ego, & inquinaui lectū patris mei
Iacob: Dico enim vobis, quoniam percussis
me Dominus plaga magna in illis meis per
menses septem, & nisi Iacob pater meus oras-
set pro me ad Dominum, quoniam voluit oc-
cidere me, periisse. Eram enim annorum tri-
ginta, quando feci hoc malum coram Domi-
no, & septem mensibus infirmatus sum usque

A 2 ad

DVODENARIUS I.

ad mortem, & in electione animæ meæ septem
annis pœnitui coram Domino. Vinum & si-
ceram non bibi, & caro nō intravit os meum,
& omnem panem desiderii non gustavi, lugēs
pro peccato meo, magnum enim erat, & non
fiet in Israel ita. Et nunc audite me filii, vt ma-
nifestem vobis, quæ viði de septem spiritibus
erroris, in pœnitentia mea. Septem spiritus da-
ti sunt aduersus hominem à Beliar, & ipsi sunt
caput operum iuuentutis, & septem spiritus
dati sunt ei in creatione, vt sit in eis omne opus
hominis. Primus spiritus est virtus, cum qua cō-
sistētia creatur. Secundus spiritus est visus, cum
quo fit desiderium. Tertius spiritus est audi-
tus, cum quo fit doctrina. Quartus spiritus est
olfactus, cum quo est gustus datus in attrac-
tione aeris & spirationis. Quintus spiritus est
locutionis, cum qua fit cognitio. Sextus spiri-
tus est gustus, cum quo fit cibatio comeſibili-
um & potibilium, & fortitudo in ipsis creatur,
quoniā in cibis substantia est fortitudinis. Se-
ptimus spiritus est seminis & coitus, cum quo
coingreditur per concupiscentiam voluptatis
peccatum. Propter hoc ultimus est creationis,
& primus iuuentutis, quoniam ignoratiā ple-
nus est. & ipsa iuniorē dicit, vt cęcū in foueam,
& vt iumentum in præsepium. In omnibus his
octauus spiritus somni est, cum quo creata est
extasis naturæ, & imago mortis. His spiritibus
commiscetur spiritus erroris. Primus fornica-
tionis,

SANCTORVM PATRIARCH.

§

tionis, in natura & sensibus iniacet. Secundus spiritus, insatiabilitas in ventre. Tertius spiritus, pugnæ, in epate, & colera. Quartus spiritus, placentiæ & machinationis, vt per superfluitatem decorus appareat. Quintus spiritus, superbia, vt moueat & magna sapiat. Sextus spiritus mendacii, in prædicatione & zelo fingendi sermones eius, de genere & familiari bus. Septimus spiritus, iniustiæ, cum qua sicut & commotiones, vt faciat concupiscentiam voluptatis cordis sui. In iustitia enim cooperatur reliquis spiritibus per dolis amptionem. In omnibus his spiritus somni, Octauus spiritus, copulatur errore & phantasia, & ita perit animus iuniorum, obtenebris mentem à veritate, & non intelligens legem Domini, neq; obediens doctrinæ patrum suorum, quemadmodum & ego passus sum in iuuentute mea. Et nunc filii veritatem diligite, & ipsa custodiet vos. Audite Ruben patrem vestrum, non attendatis in visione mulieris. neque singulariter fitis cum fœmina, quæ est sub viro, neque circumscrutemini operationem mulierum. Nisi enim vidisse Ballam balneariem in coperto loco, non incidissem in iniquitatem magnam. Concipiens enim mens mea mulierem nuditatem, nō sicut me dormire, usquequo operatus sum abominationem. Absente enim Iacob patre meo apud Isaac patrem suū, existentibus nobis in Gader, proximo Ephra-

A 3 tado-

6 D V O D E N A R I V S I.

ta domus Bethleem, Balla erat ebria, & dormiens reuelata iacebat in cubiculo, & ego ingrediens, & videns nuditatem ipsius, operatus impietatem, & derelinquens eam dormientem, egressus sum, confessim Angelus Dei reuelauit patri meo Iacob de impietate mea, & veniens lugebat super me, non amplius tangens eam. Non ergo attēdatis pulchritudini mulierum, neque cogitetis operationes earum. Sed ambulate in simplicitate cordis in timore domini, & laborantes in operibus, & exercitantes in literis & in gregibus vestris, donec dominus det vobis coniugem quam ipse vult, ut non patiamini sicut & ego. Usque ad mortem patris nostri, non habebam fiduciam aspiciendi in faciem Iacob, vel loquendi alicui fratrum propter opprobria, & usq; nunc conscientia mea cruciat me de peccato meo, & consolatus est me pater meus, quoniā orauit pro me ad Dominū, ut transeat à me ira Domini, sicut ostendit mihi Dominus. Ex tunc igitur custoditus sum & non peccavi. Propter hoc filii mei, custodite omnia quæcumque narro vobis, & non peccabitis. Perditio enim animæ est fornicatio, diuidens à Deo, & ad proximare faciens ad idola, quoniam ipsa in errorem dicit intellectum & mentem, & deducit iuuenes in infernum ante tempora ipsorum. Nam multos perdidit fornicatio. Quoniam etsi sit aliquis senex, vel nobilis, opprobrium ipsum facit, & deri-

derisionem apud Beliar & filios hominū. Quia enim custodivit se Ioseph ab omni muliere, & cogitationes purgauit ab omni fornicatione, inuenit gratiam coram Domino & hominib. Etenim multa fecit ei Ægyptia, quę Magos aduocauit, & pha·maca ei obtulit, & non suscepit consilium animæ eius, desiderium pernicio-sum. Propter hoc Deus patrum meorum eruit eum ab omni visibili & abscondita morte. Si enim non præualeat fornicatio menti, neque Beliar præualebit vobis. Pernitiosæ enim sunt mulieres, filii mei, quoniam cum non habent potestatem vel virtutem in hominem, dolose agunt in formis, quibus eum ad ipsas attrahār, & quem per fortitudinem non possunt vincere, hunc per dec̄ptionem vincunt. Nam & de eis dixit mihi angelus Dei, qui docuit me, quoniam mulieres vincuntur a spiritu fornicatio-nis super hominem, & in corde machinantur aduersus homines, & per ornatum errare faciunt, primo eorum mentes, & per visum, vene-num inferunt, & tunc operē captiuant: Non enim potest mulier hominem cogere. Fugite ergo fornicationem filii mei, precipite nulie-ribus vestris & filiabus, ut non ornent se in capi-tibus, & visus eorum castigent, quoniam omnis mulier dolose agens in his, in punitionē seculi reseruata est. Ita enim seduxerunt vigi-les ante diluvium, & illi cōtinuo videntes eas, affecti sunt desiderio adiuicem, & concepe-

A 4

runt

DVODENARIUS I.

runt mente operationem, & transfigurati sunt
in homines, & in coitu virorum suorum appa-
ruerunt eis, & illæ desiderantes mente imagi-
nationes eorum, pepererunt gigantes: Appa-
ruerunt enim eis vigiles usq; ad cœlum artin-
gentes. Custodimini ergo à fornicatione, & si
vultis purgari mente, custodite sensus vestros
ab omni fœmina, sed & illis præcipite nō com-
municare cum hominibus, vt & ipsæ purgen-
tur mente. Continuæ enim contingentiae, & si
non operatum sunt impium, tamen ipsis sunt
ægritudo insanabilis, nobis vero opprobrium
Beliar sempernum, quoniam fornicatio ne-
que intellectum neque pietatem habet in sei-
pla, & omnis zelus habiat in desiderio eius,
propter hoc zelabitis filios Leui: & quæretis
exaltari super eos, sed non poteritis. Deus e-
niam faciet vindictam eorum, & moriemini
morte pernicioſa: Leui enim dedit Dominus
principatum & Iudæ, cum his & mihi, Dan &
Joseph, vt essemus principes. Propter hoc má-
do vobis, audite Leui, quoniam ipse noscet le-
gem Domini, & diuidet iudicia, & sacrificia
pro omni Israel, usque ad consummationem
temporum principis sacerdotum Christi, quo-
niam dixit Dominus: Adiuro vos per Deum
cœli, vt faciatis veritatem unusquisque proxi-
mo suo, & ad Leui appropinquate in humilitate
cordis, vt recipiatis benedictionem ex ore i-
psius. Ipse enim benedic Israel & Iudæ, quo-
niam

SANCTORVM PATRIARCH. 9

niam eum elegit Deus regem super omnes populos, & adorate semen ipsius, quoniam pro vobis morietur in bellis visibilibus & in utilibus, & erit in vobis rex seculorum. Et mortuus est Ruben praecipiens filii suis praedicta, & benedicens, & poluerunt eum in thecam, usquequo referentes eum ex Aegypto, sepelie ut in Hebron in spelunca duplice, ubi patres eius dormierunt.

DE RUBENO,

EPIGRAMMA.

Aeditus est inter fratres Ruben duodenos.

Primus, & is marris sarcina prima fuit.

Vxorem patris vitians despectus habetur.

Iras expertus numinis ille graues.

Nullo est inter germanos natus honoris.

Infama sed patria gloria facta domus.

DE SIMEONE II. PATRI-
archa.

Natus est Simeon, secundus ex Iacobo Patriarcha & Lya coniuge prima, Anno mundi 2194. acerimus vltor flagitorum. Quum enim soror Dina a regis filio Schemitarum stuprata esset, tulit eam iniuriam ægerime cum fratre Leui. Proinde coniuncta manus post ictum fœdus patre non modo non auctore, sed neq; consilio cum illo collato, prima

A 5 noctis

noctis vigilia, dolore vulnerum circumcisii
præputii, tum sopire pressam ciuitatem Siche-
mitarum inuasit, ibi fœdam cædem sine ullo
sexus & ætatis discrimine peregit, sororem de-
sponsatam, regis filio, & rege enecto, exemplo
memorabilis vindictæ, receptam ad patrem
retraxit, is Sichemitarum audita strage vehe-
menter indoluit, natorumque temeritatem &
rupia fœdera detestatus, auctores cædis, ut im-
pios, auersari cœpit. Simonem contra tali
clade facinus istud vlciscendum asserit. In Æ-
gyptum profectus diuendito Iosepho fratre,
ut adferret alimenta, loco obsidis detentus
est, nec liberatus, nisi dum reliqua multitudo
fratrum & pater in Ægypto habitarent. Filios
sex habuit, quorum nomina, Iamuel, Iamin,
Ahod, Iachin, Sahar, & Saul, filius Chanahiti-
dis. Plures autem recitantur in libris Paralip-
omenon, & alio modo, scilicet Iamuel, Iamin,
Iarib, Zara, Saul, Sellum, Mabsan, Mafra,
Moriturus pater conuocatis reliquis liberis,
Sichemitarum stragem grauius vlcisci non
potuit, quam benedictione relicta, ne gloria
illius aut posteritatis eius cresceret, quod ipse
& Leui vasa iniquitatis facta furorem cædis
patrassent, & muros hospitales everti slent.
Quapropter optauit ut diuideretur in Iacob,
& dispergeretur in Israël, hoc est, incertis ha-
bitaret sedibus, & nihil possideret proprii. Nā
longe inferior, & infirmior facta est tribus Si-
chemitarum, quæ annis postea subiit meon

meon reliquis. Neque quicquam fere accepit nisi à tribu Iuda, neque multiplicatus locum habere potuit quem possideret: vnde in desertum ad montem Seir, ut aliquid proprii obtineret, proficiisci coactus est. Et tribu Simeonis censentur Propheta Zephonias & Ozias dux Bethulienis: aiunt quoque nonnulli ex huius posteritate Iudam proditorem Seruatoris descendisse.

TESTAMENTVM SIMEON.
de Innidia.

Transscriptum verborum Simeon, quem locutus est filiis suis antequam moreretur cœtesimo vicesimo anno vitæ suæ, in quo mortuus est Ioseph. Venerunt enim visitare ipsum agrotantem, & erectus sedes osculatus est eos, & dixit eis: Audite filii, audite Simeonem patrem vestrum quæcunq; habeo in corde meo. Ego genitus sum ex patre meo filius secundus, & Lya mater mea vocauit me Simeonem, quoniam audiuit Dominus orationem ipsius. Potens effectus sum valde, non formidaui operationem, neque timui ab omni re. Core nim meum erat durum, epata mea immobilia, & viscera mea non compatientia, quoniam & fortitudo ab altissimo datur hominibus in animabus & corporibus. In tempore illo inuidi Ioseph, quoniam dilexit eum pater noster, firmaui super eum epata mea ad occidendum eum,

eum, quoniam princeps erroris, mittens spiritum inuidiz, excœcauit mentem meam, ut nō attenderem, non parcens Iacob patri meo. Sed Deus eius, & patrum eius, mittens angelum suum, eruit eum ex manibus meis. Ut enim ego ieram in Sichimis afferre vnguentum gregibus. & Ruben in Dotaim ubi erant necessaria nobis & omnia reposita, Iudas frater noster vendidit eum Ismaelitis, & veniens Ruben tristatus est, voluit enim ipsum saluum reducere ad patrem. Ego vero iratus eram aduersus Iudam, quoniam viuen tem ipsum dimisit, & fui menses quinque iratus ei, impediuit autem me Deus, & prohibuit à me operationem manuum, quoniam manus mea dextera semisicca erat per dies 7. Et cognoui filii, quod propter Ioseph hoc mihi accidit, & pœnitens fleui & oravi Dominum, ut restitueret meum animum meam & abstinerem ab orani inquinamento, inuidia & insipientia. Cognoui enim, quoniam perniciarem cogitaueram coram Domino & Iacob patre nostro, propter Ioseph fratrem meum, cui inuidiebam. Et nunc filii custodimini à spiritibus erroris & inuidiz, etenim inuidia dominatur omni menti hominis, quæ non patitur eum neq; comedere neque bibere, neque facere aliquid boni, semper suggerens occidere eum cui inuidetur, cum is omnino floreat, inuidens vero marcescit. Per duos annos puniui in timore Domini & in ieiunio animam meam,

meam, & cognoui, quoniam liberatio inuidiae
per timorem Dei efficitur. Si quis ad Dominum
refugiat, aus fugit pernitosus spiritus ab ipso, &
efficitur mens leuis, & iam compatitur inuidi-
oso, & non reprehendit diligentes ipsum, & ita
quiescit ab inuidia. Et interrogabat pater de
me, quoniam videt me tristem, & dicebat men-
tientis Epata mea doleo. Tristabar enim super
ottimes, quoniam ego eram causa venditionis
Ioseph, & quando descendimus in Aegyptum,
& ligauit me velut exploratorem, cognoui,
quoniam iuste patiebar, & non sum contrista-
tus. Ioseph vero erat vir bonus, & habens spi-
ritum Dei in seipso, miserator & misericors,
non recordatus est facere malum mihi, sed &
dilexit me ut alios fratres. Custodimini ergo
filii mei ab omni zelo & inuidia, & ambulate
in simplicitate animae, & in bono corde cogi-
tantes fratrem patris vestri, ut det vobis Deus
gratiam, gloriam & benedictionem super ca-
pita vestra, sicut videtis in ipso. Omnibus die-
bus non impropereavit nobis de verbo hoc,
sed dilexit nos ut animam suam, & super filios
suos, & glorificauit nos, & divitias pecora &
fructus omnibus nobis largitus est. Et vos er-
go filii mei dilecti, diligite unusquisque fratre
suum in bono corde, & amouete a vobis spiri-
tum inuidiae, quoniam ipse sylvestrem facit a-
nimam, & corrumpit corpus, iram & bellum
tribuit eius consilium, & in sanguinem exacuit, &
in

HISTORIA MYSTORUM
DVOENARIUS I.

14

in extasim dicit mentem, & non sinit intellectum in hominibus operari. Sed & somnum auferit, & tribulationem tribuit animæ, & tremorem corpori, quoniam & in somno aliquis zelus malitia imaginatæ ipsum corredit, & spiritib. pernitosis conturbat animam ipsius, & expauecere corpus facit, & conturbatione excitari mentem, & si^cut spiritum pernitiosum & venenum fundentem habens, ita apparet hominibus. Propterea Ioseph erat pulchra facie & decorus aspectu, quoniam non habitavit in ipso quicquam pernitosum. A turbatione enim spiritus faciem param habuit. Et nunca filii mei benigna facite corda vestra coram Domino, & dirigite vias vestras coram hominibus, & inuenietis gratiam coram Deo & hominibus, & custodimini ne fornicemini, quoniam fornicatio mater est omnium malorum, diuidens à Deo, & appropinquare faciens ad Beliar. Vidi enim in charactere scripturæ Enoch, quoniam filii vestri vobiscum in fornicatione corruptentur, & Leui iniustiam facient in gladio. Sed non præualebunt ad Leui, quoniam bellum Domini bellabit, & vincet omne castrum veltrum, & erunt paucissimi diuisi in Leui & Iuda, & erit vobis dux, quemadmodum pater meus Iacob prophetauit in benedictionibus. Ecce prædixi vobis omnia ut iustificer à peccato animarum vestrum. Si autem auferatis à vobis iudiciam, & omnem

m̄nem duram ceruicem, ut rosa, florebunt o-
mnia ossa mea in Israel, & ut lilyum, caro mea
in Iacob, & erit odor meus sicut odor Libani,
& multiplicabuntur ut cedri sancti ex me us-
que in seculum, & rami eorum usque in lon-
gitudinem dierum. Tunc peribit semen Cha-
naan, & residuum non erit Amalech, & peri-
bunt omnes Cappadoces, & omnes Cethæl
perdentur: Tūc deficiet terra Cham, & omnis
populus peribit. Tunc requiesceret omnis terra
a tribulatione, & omnis qui sub cælo est a bel-
lo. Tunc Sem glorificabitur, quando Domi-
nus Deus magnus Israel, apparebit in terra vt
homo, & saluabit in ipso Adam. Tunc dabun-
tur omnes spiritus erroris in conculcationem,
& homines regnabunt super pernitiosos spi-
ritus. Tunc resurgam in lætitia, & benedicam
altissimum in mirabilibus ipsius, quoniam
Deus corpus assumens, & comedens cum ho-
minibus, saluabit homines. Et nunc filioli mei,
obedite Leui, & in Iuda liberabimini, & non
efferemini super duas tribus has, quoniam ex
ipsis orietur nobis salutare Dei. Suscitabit e-
nī Dominus ex Leui principem sacerdotum,
& ex Iuda regem, Deum & hominem. Ita sal-
uabit omnes gentes & genus Israel. Propter
hæc omnia mando vobis, ut vos mandetis filiis
vestris, ut custodiant hæc in generationes eo-
rum. Et Simeoni finiuit sermones hos, mandas
filiis suis, & dormiuit cu[m] patribus suis, cu[m] esset
centum

centum & viginti annorum. Et posuerūt eum
in thecam lignorum, quæ non putrefescunt, ut
reducerent ossa eius in Hebron, & reduxerunt
ea clam in bello Ægyptiorum. Ossa enim Io-
seph custodiebant Ægypti: in ærariis regum.
Dicebant enim eis incantatores, quod si de-
portentur ossa Ioseph, forent in omni Ægy-
pto tenebrae, & caligo & plaga magna valde
Ægyptiis, ut cum lucerna quoque non cognos-
cat unusquisque terram suum. Et fleuerunt
filii Simeon patrem suum secundum legem
tristitia, & erant in Ægypto usque ad dies exi-
tus eorum ab Ægypto in manu Moysi.

DE SIMEONE, EPIGRAMMA.

*Crudelis scelerum prefulgit Simeon ultor.
Indomita ira pectora fauus alens.
Horrenda stuprum violatum clade sororis
Est ultus regis prole, patrem latuit.
Exodus enumerat natos sex, sed memoratnr
Ex alio, plures hunc habuisse, libris.*

DE LEVINO, III. PA- triarcha.

SVbsequutus est Leuinus in nativitate Si-
meonem. Anno mūdi natus 2195. Filius si-
militer Lyæ, quæ precib. eum impetravit apud
Deum,

Deum, ne à marito velut sterilis in contemptu
viueret, & nato illo dixit: *Iam addetur mihi Iacob, qui additus est Rachaelis:* Fuit autem Leui-
nus eiusdem perei vitæ & morum quorum &
Simeon. Scelerum vindex acerrimus, quod è
coniuratione, patre nescio, facta liquet, in cru-
delissima strage Sichemitarum, cuius & ille au-
thor. Maiorem vero dignitatem & honorem
assecutus fratre Simeone. Ex ipius enim po-
steritate sacerdotum ordo descendit. Acriter
quidem parens Iacobus reprehendit furorem
erga Sichemitas patratum. Sed Moyses ad mó-
tem Nebo, ultima & feliciore benedictione
condecorauit, ac sacerdotii administrationem
concessit. Sed Genitoris maledictio, de iniu-
stissima sceleris violatione tantum inualuit, ut
nunquam certam sedem haberent eius poste-
ri, nec ullam propriam bonorum possessionē.
Sorsque Leuni ad fratris Iosephi filium Ma-
nasse translata fuit. Post hos vero, quos dixi,
nempe, Ruben, Simeonem & Leuinum, Iaco-
bus pater nulli amplius imprecans est, quia
misericordia Dei præponderat iudicio. Cere-
rum è tribu hac Leui celebrantur Prophetæ
Moyses, Samuel, Ieremias, Nahumus, Ezechi-
el, Zacharias, Iohannes Baptista. Ceterum autem
est, ut incliti viri progeniti sint ex eo, ita
vicissim nequissimi carnifices & tyranni. Tur-
ba namque sacerdotum, qui Christum cruci-
figi mandauit, originem ex Leuitica tribu

B sum-

sumpserunt. Moritur in Ægypto, Anno mundi 2332. annum agens centesimum tricesimum septimum.

**TESTAMENTVM LEVI DE
Sacerdotio & Superbia.**

Transscriptum verborum Leui, quæcumque disposuit filiis suis, scilicet, omnia, quæ facient, & quæcumque contingent eis usque ad diem iudicii. Sanus erat quando vocauit eos ad seipsum, præsciebat enim quādo moriturus erat. Cum autem congregati erant, dixit eis: Ego Leui in Carram conceptus sum, & natus illic, & post hæc veni cum patre in Sichima. Eram vero iunior, quasi annorum viginti, quādo feci cum Simeone vindictam sororis nostræ Dina & Emmer. Ut autem pauimus greges in Abelmaul, spiritus intellectus Domini venit super me, & videbam omnes homines exterminantes viam suam, & quoniam muros ædificauit sibi ipsi iniustitia, & super turres iniquitas sedet. Et tristius sum de genere hominum, & oraui Dominum ut saluaret. Tunc cecidit super me somnus, & contemplatus sum montem excelsum: Hic est mons aspidis in Abelmaul: & ecce, aperti sunt cœli, & angelus Dei dixit ad me: Leui ingredere, & ingrediebar de primo cœlo in secundum. Et vidi illic aquam suspensam in medio huius & illius. Et vidi terrium oculum multo lucidius quam duos. Eta-

nim altitudo erat in ipso infinita. Et dicebam Angelo: Propter quid istud? Et dixit Angelus ad me: Non mireris in his, alios enim quatuor cœlos videbis clariores & incomparabiles cū ascenderis illic. Quoniam prope Dominum stabis, & minister ipsius eris, & mysteria eius annunciabis hominibus, & de venturo liberatore Israel prædicabis. Et per te & Iudam apparabit Dominus hominibus, saluans in ipsis omne genus hominum, & ex parte Domini erit vita tua, ex ipso erit tibi ager, vinea, fructus, aurum & argentum. Audi ergo de septem cœlis. Quod inferius propterea tristius est, quia istud iuxta omnes iniusticias hominū est. Secundum habet ignem, njuē, glaciem, parata in diē præcepti Domini in iusto iudicio Dei. In ipso sunt omnes spiritus retributionū ad vindictam ini- quorum. In tertio sunt virtutes castrorum or- dinatae in diem iudicii, ad faciendum vindictā in spiritus erroris & Beliar. In quarto autem su- perius his sancti sunt, quoniam in superiorib. locis habitat magna gloria in sancto sanctoru supra omnem sanctitatē. In eo, quod post hoc Angeli sunt faciei Dei ministrantes, & propria- tates ad Dominū in omnibus ignoratiis iu- storum. Offerunt vero Domino odorem sa- uitatis rationabilem, & sine sanguine oblatio- nem. In eo autem, quod subiit est, sunt Angeli qui ferunt responsones Angelis faciei Dei. In eo vero, q post hoc est, sunt Throni, potestates,

in quo hymni semper Deo offeruntur. Quando ergo respexerit Dominus super nos, omnes nos commouebimur, cœli, terra & abyssi, à facie magnitudinis eius commouebuntur. Filii autem hominum in his existentes insensibiles, peccabunt & irritabunt altissimum. Nunc ergo cognoscite, quoniam faciet Dominus iudicium super filios hominum: quādo petris scissis, sole extinto, aqua siccatis, igne tremente, & omni creatura turbata, inuisibilibus spiritibus liquefactis, inferno spoliato, in passione altissimi, homines increduli permanebunt & in iniustitia, propter hoc in penam iudicabuntur. Audiuit igitur altissimus orationem tuam, ad separandum te ab iniustitia. Et ut efficiaris ei filius & famulus, & minister faciei eius, lumen cognitionis, illuminando illuminabis in Iacob, & ut sol eris inter semen Israel, tibique dabitur benedictio ac semini tuo, usquequo visitet Deus omnes gentes, in visceribus misericordia filii eius usque in seculum. Verumtamen filii tui imponent manus in ipsum ad crucifigendum ipsum, & propter hoc datum est tibi consilium & intellectus, ut notum facias filii tuis de ipso, quoniam benedicens ipsi, benedictus erit: maledicentes coram eo, peribunt. Et aperuit mihi angelus portas cœli, & vidi templum sanctum, & in throno gloria, altissimum. Et dixit mihi: Leui, tibi dedi benedictiones sacerdotii, usquequo veniens, habitabo in medio

SANCTORVM PATRIARCH.

21

dio Israel. Tunc duxit me angelus in terram, &
dedit mihi scutum & gladium, & dixit: Fac vin-
dictam in Sichen pro Dina, & ego ero tecum,
quoniam Deus misit me: Et occidi in tempore
illo filios Emmor, sicut scriptum est in tabulis
caelorum. Dicebam autem ei: Oro te Domi-
ne, dic mihi nomen tuum, ut inuocem te in die
tribulationis. Et dixit: Ego sum angelus, excu-
san genus Israel, ut non percutiatur in finem,
quoniam omnis spiritus pernitosus ei insidia-
tur. Postea velut ex somno excitatus, benedixi
altissimum & angelum excusantem genus Is-
rael & omnes iustos. Vbi vero veni ad patrem
meum: inueni apud eum aeneum, unde etiam
nomen monti est aspidis, quoniam prope Ge-
bat est à dextris Abila. Et conseruabam sermo-
nes hos in corde meo. Ego consului patri meo
& Ruben fratri meo, ut dicerent filiis Emmor
ut circumcidarentur, quoniam zelaui propter
abominationem quam fecerant propter Is-
rael. Ego enim interfeci Sichen imprimis, &
Simeon Emmor. Posteaque venerunt fratres,
qui percusserunt ciuitatem in ore gladii. Ut
audiuit pater, iratus est, quoniam suscepserant
circumcisionem, & post hoc mortui sunt, & in
benedictionib. aliter facit. Peccauimus enim,
quoniam præter consilium eius hoc fecimus,
& infirmatus est in die illa. Sed ego noui, quo-
niā sententia Dei erat mala in Sichimam,
quoniam voluerunt Saræ facere quemadmo-

B 3 dum

dum fecerunt Dinæ sorori vestre. Verum Deus prohibuit. Persecuti autem sunt Abraham patrem nostrum, peregrinū existentem, & conculauerunt armenta eius, præterea quoq; leblæ, in domo ipsius genitū, valde verberauerunt. Ita faciebant in omnes peregrinos, vi rapientes vxores eorum, & in exilium impellentes eos. Venit autē ira Domini super ipsos in finē. Et dicebā patrī: Ne irascaris Domine, quoniam in te ad nihil rediget Deus Chananæos, & dabit terram ipsorum tibi, & sancto tuo post te. Erit enim ab hoc die Sichimi dicta ciuitas stultorum: Quoniam ut quis deridet fatuum, ita derisimus eos. Nam insipientiam operari sunt in Israel, dum auferebant ut inquinarent sororem nostram. Venimus autem in Bethel, & ibi rursus videbam rem quæadmodum prius, postquam sacrificauī dies septuaginta. Et vidi septem homines in ueste alba, dicentes mihi: Exurge, indu stolam sacerdotii & coronam iustitiae, & rationale intellectus, & ponderem veritatis, & pecalum fidei, & mitram signi, & ephat prophetiæ, & vnumquisque ipsorum vnumquodque portantes, imposuerunt mihi, & dixerunt: Amodo esto sacerdos domini tu & semen tuum usque in seculum. Et primus vnxit me oleo sancto, & dedit mihi virginem iudicii. Secundus lauit me aqua munda, & cibavit dans panem & vinum, scilicet, sanctas eorum, & circumdedit me stola sancta & gloriosa.

triosa. Tertius byssina me induit simili ephag.
 Quartus zonam mihi circumposuit similem
 purpuræ. Quintus ramum oliuæ mihi dedit
 pinguedinis. Sextus diadema sacerdotii, capitū
 meo imposuit, & impleuerūt manus meas thy-
 mi amatæ, ut sacerdotio fungerer Domino.
 Dixit autem ad me Leui: In tria principia Dei
 detur semen tuum, in signum gloriæ Domini
 superuenientis, & qui crediderit, primus erit.
 Sors magna super ipsum non fiet. Secundus e-
 rit in sacerdotio. Tertius cui vocabitur nomē
 nouum, quoniam rex ex Iuda exurget, & faciet
 sacerdotium meum nouum secundum typum
 gentium in omnes gentes. Aduentus autem i-
 psius inestabilis. ut prophetæ altissimi ex semi-
 ne Abraham patris nostri. Omne desiderabile
 in Israel tibi erit & semini tuo, & comedetis o-
 mne pulchrum visu, & mensam domini distri-
 buet semen tuum, & ex ipsis erunt principes
 sacerdotum & iudices & scribē, quoniam in o-
 re eorum custodietur sanctum. Et expergefa-
 tus, intellexi, quoniam hoc simile illius est, ab-
 scondi vero hoc in corde meo, & non annun-
 ciaui hoc omni homini in terra. Primis duob.
 diebus ascendimus ego & Iudas ad Isaac patrē
 nostrum, & benedixit me pater patris mei se-
 cundū omnes sermones visionum mearū quas
 videram, & non voltit ire nobiscum in Bethel.
 Ut autem venimus in Bethel, vidit pater meus
 Jacob in visione de me, quod futurus essem eis

B 4 sacer-

sacerdos coram Domino. Et exurgens mane,
decimauit omnia Domino per me. Et veni-
mus in Hebron ad habitandum, & Isaac voca-
uit me continuo, ad expōnendam legem Do-
mini, secundum quod monstrauit mihi ange-
lus Dei, & docuit me legem sacerdotii, sacri-
ciorum, holocaustatum, primitiarum, vo-
luntariorum & salutarium, singulis diebus do-
cuit me intelligere, & perseuerabat in me co-
ram Domino, & dixit: Non attende fili spiritui
fornicationis, hic enim permanebit, & per se-
men tuum inquinabit sancta. Accipe ergo tibi
vxorem in iuentute tua, non habentem ma-
culam, neque inquinatam, neque de genere
Allophilorum vel gentium. Et ante quam in-
trabis sancta lauato, similiter sacrificando. Et
complens sacrificium, rursus laua. Duodecim
arborum, perpetuo virentium, fructus offer
Domino, vt etiam me Abraham docuit, & o-
mnis animalis mundi, & volatilis mundi offer
sacrificium Domino. Similiter omnis primi
germinis & vini offer primitias, & omne sacri-
ficium sale conspergas. Nunc igitur custodite
quæcumque mando vobis filii, quoniam quæ-
cumq; audiui à patribus meis, annunciaui vo-
bis. Innocens sum ab omni impietate vestra &
transgressione, quam facietis in consummati-
one seculorum. In salutarem mundi impie
facientes, seducentes Israël, & suscitantes ei ma-
la magna à Domino, & inique facietis cum Is-
rael,

rael, ut non subsistat Hierusalem à facie malitiae vestræ. Et scindetur velum templi, ut non velar deformitatem vestram, & dispergeminai captiui in gentibus, & eritis opprobrium, maledictio & conculatio. Domus tamen quam eliget Dominus, Hierusalem vocabitur, quæ admodum continet liber Enoch iusti. Quando igitur accepi vxorem, eram annorum viginatu octo, cui nomen erat Melcha, & concipiens, peperit filium, & vocauit nomen eius Gersam, quando in terra nostra advenæ eramus. Gersam enim exilium significat. Sciebam autem de ipso, quoniam non erit in primo ordine. Secundo Kaat genitus est in tricesimo quinto anno. Ad orientem solis autem videbā in visione, quoniā medi⁹ in excelsis stabat omnis congregatio, propter hoc vocaui nomē ipsius Kaat, q̄ est principiū magnitudinis & instructionis. Tertio peperit mihi Merari quinquagesimo quinto anno vitæ meæ, & quia difficile peperit mater eius, vocauit eum Merari, quod est amaritudo mea, quoniam & ipse mortuus est. Iochabed vero sexagesimo quarto anno, nata est in Ægypto (gloriosus ergo eram tunc in medio fratrum meorum) & accepit Gersam in maritum, & peperit ei Lomny & Semei, & filii Kaat, Ambram, Isaar, Chebron & Oziél. Et filii Merari, Mooly & Omnisi. Et in nonagesimo quarto anno meo, accepit Abram Iohabed filiam meam sibi in uxorem, quoniam in

in una die nati sunt ipse & filia mea. Octo annorum eram, quando ingressus sum terram Chanaā. Decem & octo annorum, cum sacerdotio funeris sum. Et vigesimo octavo anno, accepi uxorem. Et quadragesimo anno, ingressus sum in Agyptum. Et ecce filii mei estis filii mei tertia generatione. Ioseph centesimo & decimo octavo anno mortuus est. Et nunc filii mei mando vobis, ut timeatis Dominū Deum vestrum ex toto corde, & ambuleatis in simplicitate secundum omnem legem ipsius. Docete autem & filios vestros literas, ut habeat intellectum in omni vita eorum legentes inde sine ter legem Dei. Quoniam omnis qui cognoscit legem Dei, honorabitur, & non erit peregrinus quocunq; vadat. Plures quoq; amicos suis genitoribus habebit, & desiderabūt multi hominum seruire ei, atque audire legem ex ore ipsius. Facite iustitiam filii mei in terra, ut inueniatis in cœlis, & seminate in animabus vestris bona, ut inueniatis ea vitæ vestræ. Si enim seminaueritis mala, omnem turbationem inuenietis ac metetis. Sapientiam possidete in timore Dei, quoniam si fiat captiuitas, & ciuitates disperdantur, & regiones, aurum & argentum, & omnis possessio pereat, sapientis sapientiam nullus potest auferre, nisi cœcitas impietas & peccati, quoniam efficietur ei hæc apud hostes clam, & in terra aliena patria, & in medio inimicorum inuenietur amicus. Si doceat hæc & faciat,

faciat, se debit cum rege, sicut & Ioseph frater noster. Et nunc filii cognoui exscriptura Enoch, quoniam in fine impietie ageti, in Dominum manus imponentes in omni malitia, & confundentur in vobis fratres vestri, & omnibus gentibus si est illusio. Etenim pater noster Israel mundus erit ab impietate principum sacerdotum, qui imponent manus iu saluatorē mundi. Cœlum super terram mundus est, & vos estis luminaria cœli ut sol & luna. Quid facient omnes gentes, si vos obtenebrescatis in impietate, & inducetis maledictionem super genus vestrum, pro quibus lumen mundi datum est in vobis ad illuminationem omnis hominis. Hunc volentes occidere contraria mandata docentes Dei iustificationibus. Oblationes Domini latrocinabimini, & de partibus ipsius furabimini, & antequā sacrificabitis Domino assumetis electa & contemptim comedentes cum meretricibus, in auaritia mandata docebitis. Eas quæ sub viris sunt coquinabitis, & virginis in Hierusalē violabitis. Et meretricibus & adulteris copulabimini, filias Gétiūm accipietis in uxores, purificantes eas purificatione iniqua, & efficietur mixtio vestra Sodoma & Gomorrha, & in impietate inflabimini in sacerdotio, non solum autem aduersus homines elati, sed & aduersus mandata Dei inflati illudetis sancta in contemptu desidentes. Propter hoc templum, quod utique

ele.

elegit Dominus, desolabitur in immunditia, & vos capitiui eritis omnibus gentibus, & eritis abominatione inter eos, & accipieris opprobrium & confusionem sempiternam à iusto iudicio Dei. Et omnes qui contemplabuntur vos fugient à vobis. Et nisi propter Abraham, Isaac & Iacob patres nostros hoc fieret vno ex semine meo non, relinqueretur in terra. Et nunc cognoui in libro Enoch, quoniam septuaginta hebdomadas errabitis, & sacerdotium inquinabitis, & sacrificia pollueritis, & legem exterminabitis, & sermones Prophetarum contemnetis, in peruersitate perseguemini viros iustos, & pios odio habebitis, veracium sermones abhominabimini, & virum renouantem legem in virtute altissimi, erroneum appellabitis. Et in fine, ut aestimabitis, occidetis eum, nescientes ipsis resurrectionem. In nomine em sanguinem in malitia super capita vestra rapturi, proprie ipsum erunt sancta vestra deserata usque per iuramentum prophanata, & non erit locus vester mundus, sed in gentibus eritis maledictio, atque desperatio anget vos, donec ipse rursus visitabit, & miserens recipiet vos in fide & aqua. Et quoniam audistis de septuaginta hebdomadis, audite de sacerdotio. Secundum unumquemque enim iubileum erit sacerdotium. In primo iubileo, primus vncius in sacerdotium magnus erit, & loquetur Deo ut patri, & sacerdotium ipsis plenum erit cum timo-

timore Domini, & in die gaudii ipsius in salutem mundi ipse resurget. In secundo Iubileo vñctus, in tristitia dilectorum concipietur, & erit sacerdotium ipsius honorabile, & apud omnes glorificabitur. Tertius vero sacerdos, in tristitia assumetur. Et quartus in dolore erit, quoniam apponet super ipsum iniustitiam in multitudine, & in omni Israeo odio habebit unusquisque proximum suum. Quintus in tenebris comprehendetur. Similiter sextus & septimus. In septimo vero erit abomination, quam non possum dicere coram Domino & hominibus, quoniam ipsi cognoscentur qui facient ea. Propter hoc in captiuitate & in corruptione erunt & terra & substantia eorum exterminabitur, & in quinta hebdomada reuertentur in terram desolationis ipsorum, & renouabunt domum Domini. In septima vero hebdomada venient sacerdotes. Idololatentes, bellatores avari, scribae iniqui, impudici puerorum corruptores & peccatum. Et postquam facta fuerit vindicta ipsorum a Domino in sacerdotio, tunc suscitabit Deus sacerdotem nouum, cui omnes sermones Domini reuelabuntur, & ipse faciet iudicium veritatis in terra in multitudine diem, & orientur ast, dum ipsius in celo, sic ut rex illuminans lumen cognitionis in sole diei, & magnificabitur in orbe terrarum, usque ad usceptum nem ipsum, ipse resplendebit sicut sol in terra, & tol-

let

let omnes tenebras sub cœlo, & erit pax in omni terra. Cœli exultabunt in diebus ipsius, & terra gaudebit, & nubes exultabuntur, & cognitio Domini fundetur in terra, ut aqua marium, & Angeli gloriae faciei Domini gaudebūt in eo. Cœli aperientur, & ex templo gloriæ veniet super illum sanctificatio cum voce paterna, sicut ab Abraham patre Isaac, & gloria altissimi super ipsum dicetur, & spiritus intellēctus & sanctificationis requiesceret super ipsum, de qua ipse dabit magnificentiam domini filiis suis in veritate in seculum, & non erit successio ipsi in generationes & generationes usque in seculum, & in sacerdotio ipsius deficiet omnia peccatum, & iniqui requiescentia malis, iusti vero requiescent in ipso, & ipse aperiet portas paradisi, statuetq; minantem gladium aduersus Adā, & pascer sanctos de ligno vitæ, & spiritus sanctificationis erit in eis. Beliar autem ligabitur ab ipso, & dabit potestatem filiis suis ad calcandum super perniciosos spiritus, & latabitur Dominus in filiis suis. Et acceptabit eum Deus in dilectum usque in secula. Tunc exultabit Abraham, Isaac & Jacob, & ego gaudebo & omnes sancti. Et nunc filii mei omnia audistis. Eligite igitur vobis metropolis, vel tenebras, vel lucem, vel legem Domini, vel opera Beliar, & respondimus nos patri, dicentes: Contra Dominum ambulabimus secundam legem ipsius, & dixit pater noster: Testis est Dominus,

nus, testes Angeli eius, & testis ego, & testes vobis
de sermone oris vestri, & cum diximus: Testes
erimus, requieuit Leui hec mandans filiis suis.
Et extendit pedes suos, & appositus est ad pa-
tres suos cum vixisset centum & triginta se-
ptem annos, & posuerunt eum in thecam, &
postea sepelierunt eum in Hebron iuxta A-
braham, Isaac & Iacob.

DE LEVINO,

EPIGRAMMA.

*Hic vindex scelerum disrupto faedere, cinos
Sichemitas maestat, flagitiumq; parrat.
Turba sacerdotum tauris altaria sacrans
Et huius venit posteritate viri.*

DE IUDA, IIII. PA-
triarcha.

IUDAS filius Iacobi & vxoris Lyæ, nascitur am-
no mundi 2196. omnium Patriarcharum il-
lustrissimus factus est. Ex huius enim posteri-
tate Christus Seruator vnigenitus filius Dei
prognatus est. Nomen indidit mater, à confi-
dendo, pro laude, & gratiarum actione, quod
ipsa quartum peperisset filium, & Rachel
foror nullum. Extitit misericors erga fra-
trem Iosephum, quem cum omnes iugula-
re fratres statuerent, solus ille profusionem
sanguis

sanguinis innocentissimi adolescentis diffusa sit, ac potius, ut Ismaelitis mercatoribus prætereuntibus diuenderent, hortatus est. Et hoc pacto fratri vitam conseruauit. Duxit uxorem eiusdam Chananæi filiam, ex qua suscepit primogenitum Her, deinde Onam & Selam, post uxor parere cessauit. Her autem primogenito dedit uxorem Thamar, quem Deus confestim propter impietatem enecanit. Desponsauit autem secundum filium nurui, ex consuetudine tum habita ad fratris posteritatem excitandam; cum vero & is impie viueret, similiter occisus est. Minimus natus filius adhuc immatura ætatis ducere reliquam fratrum uxorem viduam nequiuuit, unde Iudas aliquandiu pubertatis annos expectare iussit, & viduo referuato habitu ad patrias ædes reuerti, ac tum se curaturum, ut filius adultis annis nurui coniunx fieret. Gessit morem nurus, verum Iuda ultra promissum nuptias filii differens ac post obitum uxoris, cum & ipse viduo cubili viueret, forte cum opilione Hira Odollomita Thamas ad tonsuram ouium profectus est. Quo comperto nurus Thamar deposito viduali habitu, sumpsit hilarem vestitum, ac sedet in itineris biuio, quod Thamas versus ducit, præcipua huius dolii causa extitit, quod Iudas so-
cer nurui filium Selam iam pubelcentem non maritum dederat. Præteriens igitur Iudas, suspicatus eam meretricem, ut habitus præ se ferrebat,

rebat, quippe quæ vultum etiam operuerat, ne agnosceretur, compellauit eam de stupro, penitus ignorans, nurum ibi sedere; facile permisuram se respondit, ea vero conditione ut daret hædum ex grege. Placuit stipulatio Iuda, vtque benevolam haberet, ipsi petenti pignoris loco, donec mitteretur hædus, largitus est annulum, quem manu tenuit, Armillam & baculum quæ similiter secum gerebat. Concepit Thamar, semel tantum admisso Iuda, depositaque mere tricea veste, vidualem recepit. Iudas ad recipiendum pignus misit per ministrum Odollamitem, hædum. Quia non inuenta citato loco, rediit ad herum, meretrice de qua ante locutus, non amplius adesse affirmans, hædum retulit. Noluit Iudas latius inquirere, quæ fuisset foemina, sed contentus, ne mendacis stipulationis argueretur, in domum suam reuersus est. Post tres menses rumore perlatum ad Iudam, nurum grauidum esse. Statim ille vt comburatur produci iussit, ratus enim in viduali vita scortatam esse. Rapta illa ad supplicium deprompsit pignora à Iuda tradita, eumque imprægnationis authorem assertit. Agnito pignore Iudas æquiorem esse se dixit, & à pena absoluit, illa prætexente, fidem ab eo non esse præstitam in filio promisso marito; peperit igitur gemellos Pharetz & Zarā. Ex Pharetz posteritate Christus descendit. Hunc enim Matthæus in Geneologia Christi

C recen-

retenseret. Reuolutis deinde aliquot annis, vbi
cœpisset annonæ caritas in Canaanorū regio-
ne fieri, in Ægypto vero frumenta venderetur
satis abunde, voluit pater vt Iudas cū vndeциm
fratribus proficisci eretur frumentatum in Ægyptum.
Verum omnibus recusantib. (nisi Ben-
iaminus minimus natu frater comitaretur, vt
præfecto annonæ polliciti erant) nō perrexere
in instituta profectione, veritus Iacob, ne con-
simili modo, vt Iosephus, periret filius sibi di-
lectissimus. Hic Iudas ceu filius prudētissimus
& patri obedientissimus iusurandum, q̄ præ-
fecto annonæ fecerat, proposuit, neq; vlo pa-
cto fieri posse, quin redeant, nisi sequatur Ben-
iamin in Ægyptū. & vt facilius parentis incli-
naret ad profectionē animum, suis, oravit, re-
posceret manibus Beniamin; se facturum, vt
sospes & integer rediret, modo concederet i-
terineundum, ne parvuli & familia fame, quæ
ingentissima erat tabescerent. Motus indulgē-
tissimus pater verbis Iudæ, & fame, quæ plus
quam cuncta perurgebat, dimisit Beniamin
frumentatum. Præfectus igitur in Ægyptū cū
Beniamino & aliis, in maximam incidit anxie-
tatem. Iudas autem non animum despondit,
sed vt repete inuoluerat se angustiæ, ita prom-
ptissima sua facundia facile se explicabat. Nam
Iosephus in Ægypto præfecto annonæ, vt anfa-
daretur minimum natu secum vterinum fra-
trem retinendi, mandauerat, abituris fratri-
bus,

bus, occulte scyphum argenteum sarcinæ Beniamini inferri; & equites regios insequi ceu fures, & alienæ rei contrectatores. Mirantibus primo fratribus equitum insectantium trematum, & vbi in se impetum fieri animaduertunt, nouitate rei perculsi suppliciter rogant, ne prius inuadantur, quam verbis demonstraretur quid designassent. Regii Equites clamare perfidos hospites, hospitalisque mensæ spoliatores, qui nuper pecuniam, tum demum argentum ex conuiuio, cui adhibiti essent, furto subtraxissent. Simulque Camelorum disiectas sarcinas perscrutantur. Ibi calice apud Beniaminum reperto, cæteris metu, & pudore stupentibus cum velut ad supplicium, & propriū mancipium ad aulam Pharaonis pertrahunt. Sequuntur & reliqui cum mœrore & flebili silentio. Qui vbi ad Iosephi conspectum venere & cum lacrymis ad eius pedes procumberent, solus Iudas, vt erat vehementi ad dicendum ingenio, pro fratribus loquutus est, illorum & suam purgaturus innocentiam. Talia nullo modo à suis patrata fratribus, aut si facta, quod vix credibile tantam enim suis semper fuisse immaculatam famam, vt coram omnibus synecerissimi iudicarentur) simplicitati rudis, & imperiti pueri imputandum. Attamen, quia sic natura & consuetudine comparatum inter homines, vt nemo tam ferox, quin deprecantibus culpam humaniter ignoscat, se quoq;

C 2 con-

confidere ipsum locum deprecationis admis-
surum. Verum quidem esse, deprehensum fa-
cinus, an autem culpa puerilis, parum, aut ni-
hil constare. Nam flagitii authorem, etiamsi
verum comprobetur, ea adhuc esse ætate, ut
quid rectum, quid honestum, haud omnino
intelligat. Omnia tam diuina, quam humana
ignoscunt iis iura, qui cum à lege & æquitate
aberrauerint, nesciant tamen se peccare, aut si
sciant, non intelligant, quale sit etiam delictum,
quod iam commissum. Exules igitur ignoti,
examinati metu iniuriæ, inopes procul ex do-
mo, liberis, familia, bonorum possessione, ab
omnibus ferme relicti mortalibus, egestate
pressi, per quidquid numinis in cœlis est, quid-
quid pietatis in terris, per regium potentissimi
Pharaonis nomen, per genium tuum plenissi-
mū omnes vñanimes flagitamus, flebiliter
que obtestamur, ut hanc culpat (si qua tamen
culpa in puerocomperietur) miseratus, patri,
senio, ætati, condones. Vel si stat sententia
puerum loco mancipii retinere, aut ad suppli-
cium pertrahere, me & reliquos omnes cum
eo, quoniam ita mori commodius, quam ad
exilium, ærumnas atque perpetuos cruciatus
patri nostro ciendos retineri, ad vnum tolli-
to. Cæterum si quando pietatem, clementiam
penitus Tuæ Maiestatis introspicio, non pos-
sum non cogitare lacrymas has & flebiles pre-
ces coram te pondus habituras, ut nostram pe-
titio-

tionem non recuses. Quum hēc Iudas in me-
dium protulisset, omnes cæteri fratres lamen-
tati sunt. Commotus tandem ipse Iosephus
frater, qui licet alioquin fuerat præsentibus il-
lis admodum austeri vultus, attamen lacrymis,
flebilique oratione vixtus se fratrem manife-
stauit, & ordine quā res suā administrarentur
exposuit. Quapropter reuersus Iudas non so-
lum à maxima liberatus angustia. Verum etiā
reliqui fratres omnes ad parentēm hilarissimi,
cernentes eum fratrem, quem olim periisse
mallent, tanta potētia, dignitate, & regio pol-
lere splendore, redierunt. Enumerat Moyses,
filios, Her, Onam, & Sela, Phares & Zaram.
Sed Paralipomena Phares, Esrom & Charmi,
& Hur, & Sobat. Meruit hic Patriarcha largis-
simam benedictionem præ omnibus suis fra-
tribus. Prædixit enim parens illum à fratribus
adorandum, quod citra controuersiam in po-
steritate sua de Christo repræsentatum est. Et
cui honos super omnes datus est. Data est huic
etiam Regia potestas, quæ fuerat primogeniti
Ruben. Idque patuit tempore Davidis & Sa-
lononis, qui reges primi fuerunt Hebræorū,
præter Saulum. Et ibi regnum discessum. In
tantum valuit Iudas, vt sola eius posteritas Re-
gem fouveret. Venit quidem ad Ephraimum
Iosephi filium minorem natu, maxima pars
Imperii, sed in hoc superior fuit Iudas, quod in
eo remansit regnum ad Messiam vñque: ad mi-

C 3 nimum

nimum enim duces habuere, quādo reges habere non licebat. Quare parens moriturus prædixit Sceptrum à Iudæ femore non transferendum, donec veniret, qui mittendus esset, & hunc fore expectationem gentium. Hoc verum esse, etuentus rei docuit. Porro ab eius (Iudæ) nomine populus vniuersus Iudæ pars Palæstinæ nobilissima, Iudæa est appellata: & tribus Iudaicæ regnum usque ad tempus Christi venturi duravit. Ex hac tribu sunt Iacobus & Iohannes Apostoli, & Iacobus frater Domini dictus à Luca, & eiusdem fratres, Iudas Lebbæus & Simon Cananæus.

*TESTAMENTVM IVDÆ. DE
Fortitudine, Avaritia, & Fornicatione.*

Transscriptum sermonum Iudæ, quæcunque locutus est filii suis antequam moretur. Congregati, venerunt ad ipsum, & dixit eis: Quartus filius effectus sum patri meo, & mater mea vocauit me Iudam, dicens: Confiteor Domino, quoniam dedit mihi & quartum filium, velox eram, & studiosus in iuventute mea, & obediens patri meo secundum omnne verbum, & benedicebam matri meæ & sorori matris meæ. Et factum est, quod effectus sum vir, & pater meus Iacob orauit super me, dicens. Rex eris & prosperatus in omnibus. Ecce dedit mihi Deus gratiam in omnibus

bus

bus operibus meis in agro & in domo, vt vi-
debam, quod concurrebam ceruæ. & appre-
hendens ipsam, feci cibum patri meo, & ca-
reas superabam per cursum, & omne quod
erat in campis capiebam, & equum agrestem
apprehendens mansuefeci, & eripiebam
hoc dum ex ore eius. Vrsum capiens pede præ-
cipitabam, & omnem feram reuersam ad me
dilacerabam eam ut canis. Porco sylvestri
concurrebam, & præoccupans in currendo
dilacerauit eum. Pardalis in Hebron insiluit
super canem, & apprehendens eam, statim
cauda abiiciebam eam, & dirupta est in termi-
nis Gare. Bouem sylvestrem in regione pa-
stum tenui cornibus, & in circulum volue-
bam, & cum in tenebris iacerem occidi. Quan-
do veniebant duo reges Chananeorum lori-
cati super greges, & multus populus cum ipsis,
& ego solus currens super gregem, Sur regem
continui, & in tibias percutiens prostrauit, & ita
occidi eum. Alium regem Thaphem seden-
tem in equo occidi, atque ita omnem popu-
lum dispersi. Achor regem virum gigantem
sagittantem ante & retro, in equo apprehen-
dens, lapidem sexaginta librarum vibrans
proieci in equum, ipsum vero interfeci. Et
expugnans Achor horis duabus occidi, dis-
secans clypeum eius considi pedes eius. In
excundo autem eius thoracem, ecce octo vi-
tri amici eius incœperunt pugnare aduersum

C 4 me,

me. Inuoluens ergo manum meam lapidibus,
 funda percutiens ipsos, quatuor eorum occi-
 di. Alii autem fugierunt. Et Iacob pater noster
 occidit Beelisa regem omnium regum gigan-
 tem, fortitudine cubitorum duodecim. Et ce-
 cedit super ipsos timor, & quieverunt pugnare
 contra nos. Propter hoc sollicitus erat pater
 meus quādo in præliis erā cum fratribus meis.
 Vedit in visione de me, quoniam Angelus vir-
 tutis sequebatur me in omnibus, ut non vin-
 cerer. Et secundum auspiciū factū est no-
 bis præliū maius, quam quod in Sichimis, &
 fortiter prælians cum fratribus meis, perfec-
 tus sum mille viros, & occidi ex eis ducentos
 viros & quatuor reges, & ascendi super ipsos
 super murum, & alios duos reges occidi, & ita
 liberauimus Hebron, & abduximus omnes ca-
 ptiuos. Postero die abiuius in AreCam ciui-
 tam potentem muratam, & inaccessiblem
 minantem nobis mortem. Ego igitur & Gad
 aduenimus ab oriente ciuitatis, Ruben vero &
 Leui ab occidente & austro, & putabāt qui super
 muros erant, quod nos soli essemus ac irati in-
 uasere nos, & ita latentes fratres ex vtraque
 parte, scalis ascenderunt murum, & intraue-
 runt ciuitatem ignorantibus ipsis, & cepimus
 eam in ore gladii, & refugientes in turrim, in-
 cendentes eam cum ipsis cepimus. Et cum re-
 cedemus viri Taffi insidiabantur prædae no-
 stræ, & acceperunt eam cum filiis nostris. Nos
 vero

vero deprehendimus eos ad Taffum, atque occidimus, & ciuitatem incendimus, omnia quæ in ipsa erant spoliates, & ut eram in aquis Gureba, hic qui à Iobel veniebant aduersus nos in prælium, contigimus eos, simul eos qui à Selon compugnatores ipsorum erant spoliauimus & occidimus. Et non dedimus eis egressum veniendi ad nos. Et à Machir venerunt quinto die, ut captiuos abducerent, ad quos in perseveranti pugna venimus, quoniam erat multitudo potens in eis, & occidimus eos ante quam ascenderunt ascensionem. Ut autem venimus ad ciuitatem eorum, mulieres eorum voluebant super nos lapides à vertice montis, in quo erat ciuitas, & latitantes ego & Simeon à posteriori apprehendimus excelsa, & totam ciuitatem perdidimus. Et sequenti die dictum est nobis quod ciuitates duorum regum in prælio graui venirent ad nos. Ego igitur & Dan singentes nos Amorræos & socios, venimus in ciuitatem eorum. Nocte autem profunda venientes ad aditus ciuitatis, aperiuit aduenientibus fratribus nostris portas patenter, & omnes eos, & quæ eorum erant, perdidimus, & deprædantes, tres muros eorum prostrauimus. Et in Thamma appropinquauimus, vbi erat omne refugium bellantium regum. Tuac iniuriam passus, iratus sum, & impetum feci in ipsos super verticem, & illi fundis iacebant super me lapides, & iaculabantur arcubus, & nisi

C 5 Dan

Dan frater meus supprias mihi tulisset, interfecisset me. Venimus igitur irruentes in ipsos cum furore, & omnes fugierunt, & transeuntes per aliam viam supplices siebant patri meo, & iniit fœdus cum eis & non fecimus eis quicquam mali, sed recepimus eos in societatem, & reddidimus eis omnes captiuos, & ædificaui ego Channa, & pater meus Rambahel. Vingtianorum eram, quando factum est bellum istud, & erant Chananaei timentes me & fratres meos. Erant autem mihi pecora multa, & habebam principem pastorum Yran Odolamitem, ad quem cum veni, vidi Barsan regem Odolam, & fecit nobis conuiuium, & precas dedit mihi filiam suam Bethsue in vxorem, hæc peperit mihi & Annam & Sylon, quorum duos sine filiis occidit Deus. Sylon enim vixit, & filii eius vos estis. Octodecim annis fecimus pacem pater noster & nos cum fratre eius Esau & filii eius nobiscum. Postquam venimus nos ex Mesopotamia à Laban, & impletis octodecim annis in quadragesimo anno vitæ meæ, superuenit nobis Esau frater patris mei in prælio graui & forti, & cecidit in arcu Iacob, & latus est mortuus in montem Sen. Nos autem persecuti sumus super filios Esau. Erat autem eis ciuitas & murus fortis, ferreus, & portæ æréæ, & non potuimus intrare in eam, obsidētes vero conclusimus eos. Cum autem non apparebant intra dies viginti videntibus eis adduxi scalam

scalam & galeam super caput meum, & ascendi, accipiens lapidem pondere talentorum trium, & occidi quatuor potentes ex ipsis. Et die sequenti intrantes Ruben & Gad, occiderunt alios sexaginta. Tunc offerebant pacem, & consilio patris nostri receperimus eos tributarios. Dabant autem nobis frumenti Choros ducentos, & olei Bes quingentos, vini mensuras milles & quingentas donec descendimus in Aegyptum. Post hoc filius meus Her duxit uxorem Thamar ex Mesopotamia filiam Aram. Erat autem Her pernitosus, & dubitauit de Thamar, quoniam non erat ex terra Chanaan, & Angelus Domini occidit eum tertia die in nocte, & ipse non cognouit eam propter astutiam matris suæ, & hic in malitia mortuus est. Non enim voluit habere filios ex ipsa. In diebus thalami dedi ei virum Annan, & iste in malitia non cognouit eam. Viuens cum ea annum, & quando minatus sum ei coiuit quidem cum ea, semen vero corruit in terram secundum mandatum matris suæ, & hic in malitia mortuus est. Volebam & Siloim dare ei, sed uxor mea Beffue non permisit. Malignabaturenimi in Thamar, quoniam nō erat ex filiabus Chanaan sicut ipsa. Ego enim sciebam, quoniam pernitosum erat genus Chanaan, sed consilium iuventutis cœcauit cor meum, & videns eam vinum fundentem, in ebrietate vini d'ceptus sum, & concidi ad eam, ipsa me absente abiit, & accepit Silon uxorem ex terra Chanaan.

Co-

Cognoscens vero quod fecit ita, maledixi ei in dolore animæ meæ, & ipsa mortua est in malitia filiorum suorum. Post hos autem sermones vidua existente Thamar, post duos annos, ascendo tondere oves, & ornata spōsalibus ornamentiis ad portam ciuitatis sedidit. Lex enim Amorreorum est, nuptā præsidere in fornicatione per septem dies iuxta portam. Inebriatus igitur ego in aquis Horeb, non agnoui eā præ vino, & decepit me pulchritudo ipsius per formam ornatus, & declinans ad ipsam, dicebam: Ingredior ad te. Et dixit mihi: Quid das? Et dedi ei virgam meam, & zonam, & diademam regni. Et cum coirem cum illa, concepit. Ignorans autem quod fecit, volui occidere eā: Ipsa autem mittens in abscondito arrabones verecundauit me, vocans vero eam audiui in secreto sermones quos locutus sum dormiens cum ea, in ebrietate mea, & non potui occidere eam, quoniam à Domino erat. Dicebam autem: Ne forte dolo tecum agat, ab illa accipiam arrabonem. Sed neq; tetigi eam amplius usque ad mortem meam, quoniam abominationem feci hanc in omni Israël, & qui erant in ciuitate, dicebant non esse in ciuitate despōsatam, quoniam ex alio loco veniens ad breue sedebat in porta, & æstimauit, quod nullus cognouit me in trauisse ad eam. Et post hoc venimus in Ægyptum ad Ioseph propter famam. Quadraginta sex annorum eram, & 73. annos vix

vix illic. Et nunc quæcunque vobis mando, audite filii patrem vestrum, & custodite omnes sermones meos ad faciendum omnes iustificationes Domini, & ad obediendum mandato Domini Dei, & nō ambuletis in desideriis vestris: neque in cogitationibus consiliorum vestrorum in superbia cordis vestri & non glorificemini in operibus fortitudinis iuuentutis vestræ, quoniam & hoc est pernitiosum in oculis Domini. Quia enim & ego glorificatus sum, quoniam in bellis non decepit me facies mulieris formosæ. Exprobraui Ruben fratri meo de Balla vxore patris mei. Spiritus zeli & fornicationis concidit in me, donec in Bessue Chananaean, & in Thamar nuptam filiis meis, & dicebam socero meo: Consului patrem meum itaque accipiam filiam tuam vxorem, & ostendit mihi nomine filiæ suæ auti multitudinē infinitā. Erat n. rex. Ornavit autē eam auro & margaritis, iussitq; nobis viāū infundere in cœna in pulchritudinē mulierum, & vinū peruerit oculos meos, & obscurauit cor meum voluptas, & desiderans tā concidi & transgressus sum mādatur Domini & mandatum patrum meorum, & accepi eam in vxorem. Et secundum consilium cordis mei retribuit mihi Dominus, quoniam non lātatus sum in filiis eius. Et nunc filii mei ne ebriemini vino, quoniam vinum auerit intellectum à veritate, & immittit iram desiderii, & dicit in errorem oculos,

los, spiritus enim fornicationis vinum, ut mi-
nistrum ad voluptates habet intellectus, quo-
niā & duo hēc auferunt potētiā hominis.
Si enim aliquis biberit vinum in ebrietatem,
cognitionibus fordidis conturbat intellectū
in fornicationem, & accēdit corpus in admix-
tionem. Et adest desiderii causa, operatur pec-
catum, & non verecundatur. Tale est vinum fi-
lli mei, quoniam ebrius nihil erubescit. E re-
ce, te enim & me errare fecit, vt non erubesce-
rem multitudinem in ciuitate, quoniam in o-
culis omnium declinaui ad Thamar, & feci
peccatum magnum, & reuelauī velamen im-
munditiae filiorum meorum, bibens vinum,
non verecundatus sum transgredi mandatum
Dei, & accepi vxorem Chananæam Propter
quod intellectū opus habet, qui bibit vinum
filii mei, & is est intellectus vini potationis, q
vnusquisque qui habet erubescientiam bibat.
Si vero transeat terminum hunc, amittit intel-
lectum, & adhæret spiritui erroris, qui facit e-
brium turpia loqui & iniqua agere, & non ve-
recundari, sed & gloriari vilitate, existimans
esse bonum. Qui fornicatur, & nudatur regno
& non egreditur, seruus effectus fornicationū,
sicut & ego nudatus sum. Dedi enim alii vir-
gam meam, hoc est, firmamentum meq tribus:
& zonam meam, hoc est, potentiam: & diade-
ma, hoc est, gloriā regni mei, & p̄nitens de
his, vinum & carnes non assumpsi vsque in se-
nectū-

ne statutem, & omnem latitiam nesciui. Et ostendit mihi Angelus Dei; quoniam usque in seculum, & regi & pauperi mulieres dominabuntur, & regis quidem tollent gloriam. Ceterum viri potentia, & pauperis paupertatis minimū sunt firmamentum. Custodite ergo filii mei modum in bibendo, sunt enim in eo quatuor spiritus perniciosi, concupiscentiae, inflammationis, luxuria & turpis lucri. Si bibitis vinum in latitia cum timore Dei erubescentes, viuetis. Si autem bibitis non erubescentes, & recedit Dei timor, iam efficitur ebrietas, & subintrat inuercundia. Si vero neque omnino bibetis, non peccabitis, neque verbis contumeliae, neque pugnae, neque caluniae, neque prævaricationis mandatorum Dei, neque peribitis in tempore vestro. Nam mysteria Dei & hominum aliis reuelat vinum, ut & ego mandata Dei & mysteria Iacob patris mei reuelauit Chananaeæ Bessue quæ veruit Deus reuelare. Sed & belli & seditionis causa efficitur vinum. Mandando ergo vobis filii mei, ut non diligatis argentum, neque inspiciatis in pulchritudine mulierum, quoniam & propter argentum & formositatem errauit in Bessue Chananaeam. Nouis enim quod propter duo haec erit genus meum in malitia, & sapientes viros filiorum meorum peruertent & regnum Iudæ quod dedit mihi Dominus in obediencia patris. Nunquam enim cõtristauit verbum patris mei Iacob, quoniam omnia

qua-

quæcunque dixit, faciebam. Et Abraham pater patris mei benedixit me ut pugnarem in Israel, & Isaac insuper benedixit me similiter sic. Et ego noui, quoniam ex me stabit regnum, quoniā & legi in libris Enoch iusti, quod mala facietis in extremis diebus. Custodimini ergo filii mei à fornicatione & avaritia. Audite Iudam patrem vestrum, quoniam ista separant à lege Dei, & excœcant consilium animæ, & superbiā docent, nec patiuntur quenquam misericordiam exhibere proximo suo. Prigant animam ipsius bonis omnibus, & detinent ipsum in laboribus & doloribus. Separant etiam somnū ab eo, & consumunt carnes ipsius. Postremo sacrificia Dei, impediunt, & benedictiones negligunt, Prophetæ loquenti non obediunt, & verbo pietatis offenduntur: Duæ enim passiones istæ contraria sunt maridatis Dei. Seruiens his Deo obedire non potest, quoniam perstringunt mente hominis, & in die sicut in nocte ambulat. Filii mei, avaritia ad Idola dicit. Nam in errore per argentum non existentes Deos nominat Deos, & cogit eum qui illa præmitur in pessimam degenerationem. Propter argentum ego perdidī filios meos, & nisi penitentia carnis meæ, & humilitas animæ meæ, & orationes Jacob patris mei fuissent, sine liberis iam morerer. Sed Deus patrum meorum miserator & misericors cognovit, quoniam ignorantia peccavi. Excœavit

cauit enim me princeps erroris, & ignorauit
sicut homo & caro, in peccatis corruptus igno-
rabam mei ipsius infirmitatem, existimans me
inexpugnabilem esse. Cognoscite ergo filii
mei, quoniam duo spiritus vacat hominis spi-
ritus veritatis, & spiritus erroris, & medius est
spiritus intellectus mentis, cuius est quo vult
inclinare. Et quae sunt veritatis, & quae sunt er-
roris, scripta sunt super pectus hominis, & v-
num quodque eorum cognoscit Deus & non est
tempus, in quo poterunt latere hominum o-
pera omnia, quoniam omnia occulta pectoris
scripta coram Domino, & spiritus veritatis te-
stimonium perhibet de omnibus & accusat o-
mnia, & adustus est qui peccat ex proprio cor-
de, & leuare faciem non potest ad iudicem. Et
nunc filii diligite Letui, ut permaneatis & non
efferamini super ipsum, & non dispereatis. Mi-
hi dedit Dominus regnum, & illi sacerdotium,
& subiecit regnum sacerdotio. Letui datum est
sacerdotium, & Iudae regnum, & subiecit Deus
regnum sacerdotio. Mihi dedit quae in terra, il-
li quae sunt in cœlis. Ut supereminet cœlum
terræ, ita supereminet Dei sacerdotiū regno,
quod est in terra. Etenim ipsum supra te elegit
Dominus appropinquate sibi, & comedere
mensam ipsius, & primitias filiorum Israel, &
eris ei ut mare. Quemadmodum enim in mari
iusti & iniusti periclitantur, hi quidem capti,
hi vero ditati, ita & in te omne genus hominū,

D hi

30 Dvodenarius I.

hi quidem periclitantur capti, hi vero ditantur rapientes, quoniam regnabunt sicut ete deglutiētes homines, velut pisces filias & filios liberos in seruitutem redigent. Domos, agros, greges, pecunias rapient, & multorum carnibꝫ iniuste coruos & ibices saturabunt, & proficiēt in malum in avaritia exalteati, & erunt ut procellae pseudoprophetae, & omnes iustos persequētūr. Induce autem eis Dominus dissensiones ad inuicem, & bella continua erunt in Israel, & in alienigenis consumabitur regnū meum, donec veniet salutare Israel, usque ad aduentum Dei iustitiae, ut quiescat Iacob in pace & omnes gentes. & ipse custodiet pacem regni mei usque in seculum. Iuramento enim iurauit mihi Dominus non deficere regnū meū & feminis mei, omnibus diebus usque in seculum. Multa autem tristitia mihi est filii mei propter impudicitias, & sacrilegia & Idolatrias quas facietis in regnum, Phitonissas sequentes, dæmonibꝫ erroris filias vestras deuouētes, cātratrices etiam publicas facietis, & immiscebimini abominationibus gentium, pro quibus ducet Dominus super vos famem & pestilentiā, mortem & gladium, vlciscentem obſidionem, & canes in dilaniationem inimicorum & amicorum opprobria, perditionem & dolorem oculorum, puerorum occisionem, & vxorum ablationem, possessionum rapinam, templi Dei incendium, terræ desolationem,
vestri

vestri ipsorum seruitutem in gentibus , & ex
vobis in eunuchos vxoribus execabunt. Verū
si reuertamini ad Dominū in humilitate cor-
dis p̄enitentes , & ambulātes in omnibus mā-
datis Dei, visitabit vos Dominus in misericor-
dia, & in dilectione à captiuitate inimicorum
vestrorum. Et post hæc orietur vobis astrum
ex Iacob in pace & exsurget homo ex semine
meo, vt sol iustitia ambulans cum filiis homi-
num in mansuetudine & iustitia, & omne pec-
catum non inuenietur in eo , & aperientur su-
per ipsum cœli ad effundendum spiritus bene-
ditionem à patre , & ipse effundet spiritū gra-
tia super vos , & eritis eius filii in veritate, am-
bulabis in præceptis illius primis & vltimis,
hic est germen Dei altissimi, & hic est fons vite
omni carni. Tunc refulget scepter regni
mei, & à radice vestra nascetur vas plātationis,
& in eo ascendet virga iustitiae gentibus, vt in-
dicet & saluet omnes inuocantes eum. Et post
hoc resurget Abraham , Isaac & Iacob in vitam,
& ego & fratres mei principes scepterum ve-
strum in Israel erimus. Leui primus. Secundus
ego. Tertius Ioseph. Quartus Benjamin. Quin-
tus Simeon. Sextus Isachar, & ita deinceps o-
mnes. Et Dominus benedixit Leui Angelus fa-
ciei meæ, virtutes gloriae Simeon, cœlum Ru-
ben Isachar terra, mare Zabulon, montes Io-
seph, tabernaculum Bējamin, luminaria Dan,
deliciae Neptalem, sol Gad, oliua Aser. Et erit

D 2

vnus

nus populus Domini & lingua vna, & non erit amplius spiritus erroris Beliar, quoniam mittetur in ignem in seculum. Qui in tristitia mortui sunt, resurgent in gaudio: & qui in paupertate propter Dominum, ditabuntur: & qui in infirmitate, fortificabuntur: & qui propter Dominum mortui sunt, euigilabunt in vita, & current in Iacob, & current in exultatione, & aquilæ Israel volabunt in gaudio. Impii vero tristabuntur, & peccatores lugebunt, & omnes populi glorificabunt in secula Domintum. Custodite ergo filii mei omnem legem Domini, quoniam est spes omnibus dirigenib[us] viam suam, & dixit ad eos: Centum decem & nouem annorum, ego morior hodie in oculis vestris. Nullus me sepeliat in pretiosa veste, vel ventre meum rescindat, quoniam hæc facturi sunt regnantes, & reducite me in Hebron vobiscum. Et hæc dicens, obdormiuit Iudas. Et fecerunt filii eius secundum omnia quæ mandauit eis, & sepelierunt eum in Hebron cum patribus suis.

DE IVDA, EPIGRAMMA.

*Maximus est fratrum Iudas effectus, honore
Et populo crenit. Regia sceptra tenens.
Dilexit Deus hunc multum, proleque salutis
Ex huius voluit posteritate dari.*

DE

DE DAN, V. PA-
triarcha.

QVINTUS à Iuda Dan, non eadem matre sed uno patre natus, Anno mūdi 2197. Nam cum Rachel Iacobi coniux sterilis, impatienti nubere iussisset Balam seruam marito, ad procreandam sobolem, concepit Bala, & peperit filium Rachaeli, quem Dan vocauit, quod interpretari potes *Indicem*. Unum tantum habuit filium Usan. Ex hac tribu fortissimus ille Heros progenitus est Samson. In hoc igitur completa sunt, quæ pars vaticinatus est Patriarcha Dan moriatus, ubi ait: *Dan indicabit populum suum, & fiet coluber in via, & cerasus in semita, mordens equinas ungulas, ut ascensor decidat.* Samson certe non armorum multitudine, non militibus, sed propria persona inermis & nudus talia omnia reuera effecit, nullo prohibere audente. Philistæos incessores præcipites dedit & deiecit. Moyses eum nominauit catulum Leonis. Quod commodissime referri potest ad Samsonem vel posteritatem eius, cū fortiter pugnasset contra Lays. Ex eadem tribu geniti quoque perhibentur Maccabæi, patriæ, religionis, libertatis vindices interriti. Sunt quidam eius opinionis, vt Antichristū nascentur ex huius Patriarchæ posteritate affirmant; atque ob hanc causam, tribum hanc ab Apostolo in libro Apocalypsis omissam fuisse nugantur. Hoc certe palam est, vix Iudeos tan-

D 3 tam

tam habituros potestatem, aut incrementum imperii super terram, qualia de Antichristi prædicuntur superbo imperio & monstrosa impietate. Cæterum respectu Leui & Iudæ terrenam accepit benedictionem, & promissiones, sicut plerique fratrum.

*TESTAMENTVM DAN DE
Ira & mendacio.*

Transscriptum verborum Dan, quæ dixit filiis suis, in ultimis diebus suis centesimo vicesimo quinto anno, in vita sua vocans tribum suam, dixit. Audite filii Dan sermones meos, attendite verbis oris patris vestri: Probaui in corde meo, & in omni vita mea, quod bonum est. Nam Deo beneplacet veritas cum iusta actione, odi quod pernitosum fuit, ut mendacium & iram, quoniam omnem malitiam hominem edocent. Confiteor vobis hodie filium mei, quoniam in corde meo letatus sum de morte Ioseph viri veritatis & boni, & gaudebam in venditione Ioseph, quoniam super nos pater eum diligebat. Spiritus n. Zeeli & elationis dixit mihi: Et tu es filius eius & unus spirituum Beliar cooperabatur mihi, dicens: Accipe gladium hunc, & in eo occide Ioseph, & diligenter pater tuus mortuo eo. Hic est spiritus iræ fraudis mihi, ut sicut pardalis deuorat horum ita deuorare Ioseph. Sed Deus Iacob patris nostri, non immisit eum in manus meas, ut inuenire eum solus, neque permisit iniquitatē hanc facere, ut sol-

Soluantur duo sceptrain Israel. Et nūc filii mei,
ego morior, & in veritate dico vobis, quoniam
si non custodiatis vosmetipsoꝫ à spiritu mēda-
cī & iræ, & nō diligatis veritatē & longanimi-
tatem disperibitis. Cæcitas est in ira filii mei &
non est aliquis iracundus, videns facié in veri-
tate, quoniā & si pater & mater est, vt hostibus
attendet eis. Si sit frater, non nouit: si propheta
Domini, non obedit: si iustus, non aspicit, ami-
cum non cognouit. Circumponit enim ei spi-
ritus irę retia erroris, & excæcat naturales ocu-
los eius, per mendacium obtenebrat mentem
eius, & propriam visionem tribuit ei. In quo
autem circumponit oculis eius: in odio cordis,
& dat ei cor proprium aduersus fratrem in in-
uidiam. Pernitiosa est ira filii mei, & enim ipsæ
animæ ipsa fit anima, & corpus quidem iracū-
di proprium sibi facit, animæ autem domina-
tur. Et tribuit corpori potentiam, vt faciat o-
mnem iniquitatem. Et cū iā operata fuit ani-
ma iustificat q̄ operatū est, quia nō videt. Pro-
pter hoc qui iratus est, siquidem sit potens, tri-
plicem habet potentiam in ira. Vnam quidem
per potentiam & adiutorium ministrantium.
Secundam autem per diuitias persuadens &
vincens in iniustitia. Tertiam naturalem ha-
bentis corporis, & per seipsum operans malum.
Si autem debilis sit qui irascitur, duplam habet
potestatem, præ ea quæ est naturæ. Adiuuat e-
niam semper iniquitatem hic spiritus, vt sem-

D 4 per

per cum mendacio fiant actus eius. Quapropter intelligite potētiā iræ, quoniā vana est, In sermone n. exacerbat, à dextris sathanæ ambulat, vt incredulitate & mendacio fiat actus eius. Quapropter intelligite potētiā iræ, quoniā vana est. In sermone n. exarcebat primum. Deinde in operibus fortificat stimulatum, & in iacturis amaris conturbat consilium eius, & ita exsuscitat in ira magna animum eius. Quando ergo loquitur aliquis aduersum vos, ne mouemini in iram. Si laudat vos vt bonos, ne eleuemini, neque transmutemini, neque in perulantiam, neque in rigorem vultus. Primum enim delectat auditum, atque exacuit mentem vt intelligat quod improperatum est. Et tunc iratus existimat iuste irasci. Si in iacturam aut perditionem aliquā incideritis filii, ne tu mutuemini mihi, quoniam hic spiritus concupisceat facit, quod perdiūm est, vt irascatur per desiderium. Si autem iacturam patiemini voluntarie, ne contristemini, tristitia enim suscitat iram cum mendacio. Est autem malum duplicem habere faciem. Ira cum mendacio, colloquuntur adinuicem, vt conturbent consilium. Turbata autem anima per contumeliam, recedit Dominus ab ipso & dominatur ei Beliar. Custodite ergo filii mei mandata Domini, & legem eius seruate. Fugite autem & odite mendacium, vt Dominus habitet in vobis, & fugiat à vobis Beliar. Veritatem loquimini

vnus-

vñusquisque ad proximum suum vt non inci-
 datis voluntarie in turbationem, sed eritis in
 pace, habentes Deum pacis, & non præualebit
 aduersum vos bellum. Diligite Dominum in
 omni vita vestra, & vosmet ad inuicem in veraci
 corde. Noui enim quoniam in ultimis diebus
 recedetis à Domino, & offendetis Leui & Iu-
 dæ resistetis, sed non superabitis eos. Angelus
 enim Domini dicit vtrisque, quoniam in i-
 psis stabit Israel. Et cum recederis à Domino,
 in omni malitia ambulabitis, facientes abho-
 minationes gentium, abeūtes ad mulieres ini-
 quorum, in omni malitia, spiritibus erroris o-
 perantibus in yobis. Legi enim in libro Enoch
 iusti, quoniam princeps vester est Sathanas, &
 quoniam omnis spiritus fornicaticis & su-
 perbiæ Leui sese applicabit ad insidiandum fi-
 liis Leui, vt faciat eos peccare coram Domino.
 Filii autem appropinquabunt ad Leui, sp: clâ-
 tes eum in omnibus, & filii Iudæ erunt in au-
 ritia, rapientes aliena vt leones. Propter hoc
 abducemini cum eis in captiuitatem, & illic re-
 cipietis omnes plagas Ægypti & omnes mali-
 tias gentium, & ita reuertentes ad Dominum
 misericordiam consequemini, & ducet vos in
 sanctificationem suam, clamans vobis pacem.
 Et orietur yobis ex tribu Iuda & Leui salutare
 Domini. Ipse faciet aduersus Beliar prælium,
 & ultionem victoriae dabit iuuenibus nostris.
 Animas sanctorum captiuas liberabit à Beliar

D s &

& conuertet corda incredula vestra ad Dominum, & dabit inuocantibus eum pacem æternam, & requiescent in eodem sancti, & non in noua Hierusalem lætabuntur iusti, quæ erit in glorificationem Dei usq; in seculū. Non amplius sustinebit Hierusalem desolationem, neq; captiuabitur Isræl, quoniam Dominus erit in medio eius cum hominibus cōuersatus, & sanctus Isræl regnans super ipsos in humilitate & paupertate. Et qui credit in eum, regnabit in veritate in cœlis. Et nunc timete Dominum filium mei, attendite vobis à satanæ & à spiritu eius, appropinquate autem Deo & Angelo excusante vos, quoniam hic est mediator Dei & hominum ad pacem Isræl. Cōtra regnum inimici stabit, quapropter conabitur inimicus subuertere omnes inuocantes Dominum. Nuit enim, quoniam in qua die ceciderit Isræl, consumabitur regnum inimici. Ipse Angelus pacis forticabit Isræl, ne incidat in finem malorum. In tempore illo recedet Isræl ab iniqutitate, & Dominus visitabit facientes voluntatem ipsius. Nomen vero eius erit in omnib[us] locis Isræl, & in gentibus Saluator. Conseruate igitur vosmetipsos filii mei ab omni opere perniciose, & abiicie irā & omne mēdaciū. Diligite veritatem & longanimitatem, & quādiuītis à patre vestro, tradite & vos filiis vestris ut recipiat vos pater gentium. Est enim verax & longanimis, mansuetus & humilis, & docēs

per

per opera legem Dei. Discedite ergo ab omni iniustitia, ut adhæreatis iustitiae legis Domini, & sepelite me prope patres meos. Hæc dicens, osculatus est eos, & dormiuit somnum secularem. Sepelierunt autem eum filii eius, ac reduxerūt ossa eius prope Abraham, Isaac & Iacob. Et quemadmodū prophetauit eis Dan, quod legem Dei sui neglecturi essent aliquando, ac seipso ab alienaturi à terra hæreditatis ipsorum, à genere & patria Israel, ita factum est.

D E D A N,

EPIGRAMMA.

Huius posteritas Samsonem laude celebrem.

Progenuit: vindex qui populis fuit.

DE NEPHTALIMO VI. PA-
triarcha.

VTerinus frater Dan, Neptalim ex matre Bala per Rachaelem à Deo impetratus, sicut & Dan nascitur anno mundi 2198. Nomen accepit à comparando seu dilatado, quasi comparanda iam fecunditate prolis cù sorore esset Rachel, vel quasi dilatasset Dominus generationem, & auxisset eam sobole. Nam Bala duos iam pepererat filios Rachaeli Neptalimum & Dan, quos vt genuinos aluit. Qui cum reliquis fratribus, vt Iosephus veneretur, & cisternæ immitteretur, inuidiose

con-

consensit. Pastorem egit more fratrum & parentis. In profectione frumentationis præsto fuit, & ad omnia quæ iuuare rem familiarem potuerunt, promptissimus. Quatuor habuit filios, quorum sunt nomina Iasiel, Guni, leser, & Sallem, originem habuit ex hoc Patriarcha Barachus fortissimus Dux cum Delbora, Sisaram potentissimum Dacem paucula admodum manu prosternens. Vnde non immerito certus à parente morituro vocatus est. Nam fortissime persecutus est tribus illa cum Zabulone, Duçem Sisaram. Tobias quoque, qui & liber in patria & in Assyria seruus vitam duxit nulli reprehendendam ex hac tribu prognatus fuit. Attribuit illi Moyses abundantiam, & plenam benedictionem Domini: Fertilem enim terræ plagam in tribu sua natus fuerat, ut in Galilæa meridiem & mare: Vnde pecoribus sustinendis ditissima posteritas eius effecta est. Cæterum ex eadem hac tribu Petrus, Andreas, Philippus, Iohannes Euangelista, quibus addit Africanus Matthiam, qui in locum proditoris electus fuit, prodierunt.

*TESTAMENTVM NEPTALIM,
de Bonitate.*

Transcriptum testamentum Neptalim, de his quæ disposuit in tempore finis sui, in anno centesimo trigesimo secundo vitæ suæ conuenientibus filiis suis septimo mense, quadraginta die

ta die mensis ipso sano existēte , iussit apparare
cēnam & potum magnificum. Postquam autem
excitatus est à somno mane & quoniam
morti proximus erat, laudabat Dominum qui
illum confirmabat, & incepit sic loqui filii
suis : Audite filii mei Neptalim, audite sermones
patris vestri: Ego natus sum à Balla, & quo-
niam astute fecit Rachel & dedit pro se ipsa
Ballam Iacob, & super fœmora Rachel peperit
me, propter hoc vocatus sum Neptalim. Et di-
lexit me Rachel, quoniam super fœmora sua
natus sum: & ipsa tenerum existentem oscula-
ta est in me dicens: Videam fratrem tuum ex ven-
tre tuo secundum te. Vnde similis mihi erat in
omnibus Ioseph secundum petitiones Rachel.
Mater autem mea Balla filia Rothēi fratri De-
borae meretricis Rebeccæ, quæ Balla in una die
nata est, in qua & Rachel. Rothæus enim de
genere Abraham erat Chaldæus, Deum vene-
rans, liber & nobilis, sed cum esset captiuus,
emptus est à Laban & dedit ei Enam ancillam
suam in uxorem, quæ peperit filium, & vocavit
eam Zelipham cognomine Casteli, in quo cap-
tus erat. Deinde peperit Ballam, dicens: No-
uitate festinans filia mea, confessim enim nata
festinavit lac fugere. Et quia pedibus leuis erat,
vt cernus, ordinavit me pater meus Jacob in
omnem missionem & annunciationem, & vt
certum me benedixit. Quemadmodum enim
figulus nouit vas quantum capit, & ad ipsum
fert

fert lutum, ita & Dominus ad similitudinem spiritus facit corpus, a d potēiam corporis spiritum imponit. Et non est iam vna tertia ex uno capillo pondere enim & mensura & regula omnis creatura altissimi. Et quemadmodum nouit sigulus vniuscuiusque vsum, quibus rebus sufficere queat, ita & Dominus nouit corpus vsquequo sufficiat in bono, & quando incipit in malo, quoniam non est vlla creatura, nec vllus intellectus, quem nō cognouit Deus. Omnem enim hominem creauit ad imaginē suam, sicut & fortitudo eius: ita & opus eius: & sicut mens eius, ita & opus eius: & sicut prædictio eius, ita & actus eius: sicut cor eius, ita & os eius: sicut oculus eius, ita & somnus eius, sicut anima eius, ita & sermo eius, vel in lege Domini, vel in lege Beliar. Et sicut diuisum est inter medium lucis & tenebræ, visus & auditus, ita diuisum est inter medium viri & inter medium mulieris. Neque est dicendum, quod vlla in re faciei vel similiū quid præsteret. Omnia enim in ordine fecit Deus bona. Quiaque sensus in capite, & collum copulauit capiti, & capillos ad gloriam. Deinde cor ad prudentiam, ventrem ad excretionem stomachi, calatum ad sanitatem, epar ad iram, fel ad amaritudinem, ad risum splenem, renes ad astutiam, lumbos ad virtutem, costas ad positionem, spermam ad fortitudinem, & quæ deinceps. Ita filii mei in ordine sitis bono, in timore Dei, neq; quidquam

quam inordinatum facite ex contemptu, neq; extra tempus suum. Quoniam si dicas oculo audire, non potest. Itaque neque in tenebris poteris facere opera lucis. Non igitur festinate in avaritia corrumpere actus vestros, vel in sermonibus vanis seducere animas vestras, quoniam tacentes in munditia cordis poteritis voluntatem Dei tenere, & abiicere voluntatem diaboli. Sol & luna & stellæ non mutant ordinem suum, ita & vos non mutetis legem Dei in inordinatione actuum vestrorum. Gentes errantes, & dereliquentes Dominum, mutauerunt ordinem suum, & secuti sunt lapides & ligna, sequentes spiritus erroris. Vos autem non sic filii, vnum Deum vestrum cognoscite, in firmamento, in terra, & in mari, & in omnibus creaturis Dominum, qui fecit hæc omnia, ut non efficiamini sicut Sodoma, quæ mutauit ordinem naturæ suæ. Similiter autem & vigilis immutauerunt ordinem naturæ ipsorum, & quos maledixit Dominus in diluvio, propter ipsos ab habitatione & fructibus ordinans terram inhabitabilem. Hæc dico filii, mei, quoniam legit in scriptura Enoch, quod & vos recedetis à Domino ambulantes secundum iniquitatem Sodomorum, & inducet Dominus vobis captiuitatem, & seruietis illic inimicis vestris, & omni poena & tribulatione comprehendimini, vsq; quo consumat Deus omnes vos. Et postquam pauci effecti fueritis & mino-

rati,

rati, reuertimini & cognoscetis Dominum
Deum vestrum & conuertet vos in terram ve-
stram, secundum multam misericordiam suam.
Et erit cum venerint in terram patrum suorum,
rursus obliuiscentur Domini, & impie agentes
& disperget eos Dominus super faciem univer-
sa terrae, usquequo venerit misericordia
Domini, homo faciens misericordiam & iu-
stitiam, in omnes qui longe sunt, & qui prope.
In anno enim quadragesimo vitæ meæ, vidi in
montibus olei, versus orientem Hierusalem
(quoniam sol & luna steterunt) & ecce Isaac
pater patris mei dicit nobis: Accurrētes tenete
vnumquisque secundum virtutem suam, potest
enim apprehendi sol & luna. Et omnes simul
accurrebamus, & Leui tenuit solem, & Iudas
accingens, apprehendit lunam, & exaltati sunt
ambo cum eis. Et cum esset Leui sicut sol, iu-
uenis quidam tradidit ei ramos palmarum du-
odecim & Iudas erat splendens ut luna, & sub
pedibus eius erant duodecim radii. Et accur-
rentes ad inuicem Iudas & Leui, tenuerunt se-
ipsos. Et ecce taurus in terra habens cornua
magna, & alas aquilæ in dorso eius, & volentes
apprehendere eum, non potuimus. Praueni-
ens enim Ioseph cepit eum, & ascendit cum i-
psō in excelsum. Et vidi (quoniam eram illi a-
licubi) & ecce scriptura sancta apparuit nobis
dicens: Assyri, Medi, Elemæi, Gelathæi, Chal-
dæi, Syri, hereditabūt in captiuitate sceptrum
Israel.

SANCTORVM PATRIARCH. 65

Israel. Et rursus post menses septem, vidi patrem nostrum Iacob stantem in mari Iammæ, & nos filii eius cum eo. Et ecce nauis venit, velificans plena siccis carnibus sine nautis & gubernatore. Inscriptebatur autem nauis Iacob, & dicit nobis pater noster: Ascendamus in thauem nostram. Ut autem intrauimus, facta est tempestas vehemens, & turbo venti magni, & auolat pater noster a nobis tenens gubernacula. Et nos tempestate quassati, in pelagus ferebamur, & impleta est nautis aquis tempestatis, vndeque quassata & contrita. Ioseph autem e cimba fugit. Diuidimur & nos in tabulis decem. Leui autem & Iudas erant nobiscum, Dispergimur ergo omnes usque in terminos. Leui autem induitus sacco, pro omnibus nobis precabatur Dominum. Ut autem quieuit tempestas, scapha attigit terram velut in pace. Et ecce venit pater noster Iacob, & vnanimiter exultauiimus: Hæc duo somnia dicebam patri meo & dixit mihi: Oportet hæc impleri secundum tempus ipsorum multa Israel sustineat. Tunc dixit mihi pater meus. Credo quoniam venit Iosephi. Video enim semper, quoniam Dominus coniunctus est eum uobiscum. Et fleo dixit: Viuis Ioseph fili mi, & non te video & tu non vides Iacob qui genuit te. Fecit autem & nos lacrymari in his sermonibus suis. Et accendebar in visceribus, ut palam facerem quod venditus esset, sed timui fratres meos.

E Ecce

Ecce filii mei, ostendi vobis tempora extrema,
quoniam omnia sicut in Israel. Et vos igitur
mandate filiis vestris ut iuuantur Leui & Iude.
Per Iudam enim orietur salus Israel, & in ipso
benedicetur Iacob. Per sceptrum enim eius
apparebit Deus, habitas inter homines in ter-
ra, ut saluet Deus genus Israel, & congregabit
iustos ex gentibus. Si operemini bonum filii
mei, benedicent vos homines & angeli, & De-
um glorificabitur per vos in gentibus, & Dia-
bolus fugiet a vobis, bestiae timebunt vos, &
angeli suscipient vos. Sicut enim si quis filium
nutriat bene, perpetuo gratus & memor filius
esse studer, ita & in bono opere memoria est a-
pud Deum bona. Qui vero non fecerit bonum,
huic maledicent homines & angeli, & Deus
contumelia afficietur per ipsum in gentibus, &
Diabolus possidebit hunc tamquam proprium
vas & instrumentum, & omnis bestia domina-
bitur ei & Dominus odio habebit eum. Nam
mandata legis duplia sunt, & opere imple-
tur. Tempus enim est coeundi cum uxore sua,
& tempus continendi ab ea ad orationem suam.
Duo mandata sunt, quae nisi sicut in ordine
suo, peccatum tribuunt. Ita est in reliquis ma-
datis. Efficiamini ergo sapientes in Deo, & pru-
dentes, scientes ordinem mandatorum eius, &
leges omnis rei, ut Deus diligat vos. Et multa
talia mandans eis, precatus est, ut transferant
ossa eius in Hebron, & sepeliant eum iuxta
patres.

partes ipsius. Et comedens & bibens in hilari-
tate animæ velavit faciem suam, & mortuus
est; Et fecerunt filii sui secundum omnia quæ-
cumque mandauit eis Nephtalim pater leo-
rum.

DE NEPHTALINO; EPIGRAMMA.

*Nephtalin ex uno cum Dan fuit editus alio,
Panit oves sicuti simplicitate pater.
Emissum tanquam ceruum huius regna futura
Præcinnuit genitor dum moriturus erat.
Barachus dñctor monstrauit vera locutum
Lethali thalamo, Vate sequente, senem.
Quattuor accepit natos, amplissima crevit
In populo Israel sanctificata tribus.*

DE GAD, VII. P A- triarcha.

Anno mundi 2198. ex Zelpha serua natus
est Gad, vir inculpatæ vitæ, præter quod
fratri iniuriam inferri passus sit. Profectus cū
cæteris fratribus ad Ægyptum frumentatum,
id dextre admodum expediuit. Multa habuit
pecora & alimenta, quibus postcritas eius ita
dilatata, ut peteret à Moyse seruo Dei, cum
pellerentur à contribulibus Rubenitis, pro-

E 2 pter

DVODENARIUS I.

pter infinitam substantiam pecorum , ut ad
Golaad & Iazer, ob soli fertilitatem, tum pro-
pter pascuorum copiam conuenientissimas
ciuitates ipsos concedere permitteretur , per-
misit quidam homo Dei , ea vero conditione,
ne præliis & pugnis aberrent. Nomen conue-
nientissimum cum re ipsa nactus est . Gad e-
nim idem designat, quod accinetus , vel prepa-
ratus ad pratum. Rüstig/reisig. Descenderat ad
dimicandum cum Agarenis, quos etiam vicit.
Ex huius , vti quoque ex Ruben & Manasses
posterioritate bellicolissimus exercitus & bello-
rum peritiam probissime callens, quadraginta
quatuor millia & septingenti sexaginta viro-
rum prodierunt , viri acres & magnanimi, de
quibus nemo victorias deportauit latae & in-
cruentas , Moyses antequam in monte Horeb
relinqueret filiis Israel , leoni illum compara-
rauit, qui verticem & brachium rapuissef. De-
indelaudat eius iustitiam & iudicium in Israe-
le, vel quod fecisset, vel quod adhuc futurum.
Verum hoc referunt nonnulli ad Regem Ie-
hu, qui pietati fecit locum, abolitis Baalis riti-
bus idolatricis. Pertupit, quasi leo fortiter, ca-
sis etiam duobus regibus, quasi brachio & ver-
tice. Qui etiam pios Prophetas sub suo regno
securos viuere permisit, qui ante à Baaliticis
Sacerdotibus vehementissime fugabantur, &
laudatus est hic rex à Domino plurimumque
iusticias fecisset, & iura æqua Israeli distribui-
set, &

set, & populum ad veri Dei religionem con-
uertisset. E tribu hac oriundus quoque fuit
Doctor excellentissimus, Elias Propheta. Ha-
buit Gad septem filios, Sephon primogeni-
tum, Aggi, Esbon, Suni, Beri, Arodi & A-
reli.

TESTAMENTVM GAD,
de Odio.

Transscriptum testamenti Gad, quæcum-
que locutus est ipse filii suis in anno cen-
tesimo septimo vitæ suæ, dicens: Septimus fili-
us natus sum Iacob, & eram fortis in gregibus
pascendis. Ego custodoui in nocte gregem,
quando venit leo, vel lupus, vel pardus, vel vrs-
sus, vel omnis bestia super gregem persequen-
tebar eam, & apprehendens pedem eius manu
mea & girans obtenebrabam, & proiiciebam
eam ultra duo stadia, & ita interficiebam. Io-
seph ergo pascebat gregem nobiscum circiter
dies triginta. Qui cum tener esset, incidit in
mortuum propter nimium astum. Et reuersus
est in Hebron ad patrem suum, & reclinavit
eum iuxta se, quoniam diligebat eum. Et dixit
Ioseph patri nostro, quod filii Ballæ Zelphæ
dilapidarent bona, & deuorant ipsa insciis Iu-
dæ & Ruben. Sciebat enim quoniam agnum
eruebam ex ore vrsi, quem interfeci, & agnum
occidi, de quo contristabar, quoniam non po-
tui viuere, & comedebamus ipsum. Et dixit pa-

E 3 tri

tri nostro: Verum fratres modeste ferebant i-
stud verbum Ioseph, vsque in diem venditio-
nis eius in Ægyptum, & spiritus odii erat in
me, & nolui Ioseph neque audire neq; videre,
ipse vero aperte redarguit nos, quoniam sine
Iuda comedimus. Denique omnia quæcunq;
dixit patri, persuasit ei. Confiteor autem nunc
peccatum filii, quoniam sæpe volui occidere
eum. Nam ex animo odio habui eum, & omni-
no non erant in me viscera misericordiae erga
ipsum, & propter somnia ipsius concepi tacum
odiū. Et volui ipsum deuorare à terra viuenti-
um, quemadmodum deuorat vitulus herbas à
terra. Propter quod ego & Iudas vendidimus
eum Ismaelitis triginta aureis. De quibus de-
cem furtim subtraximus, viginti autem ostendimus
fratribus nostris. Et ita auaritia addu-
ctus sum, ut imperfectum vellem. Deus autem
patrum nostrorum eripuit eum de manibus
meis, ut non facerem iniquitatem in Israel. Et
nunc audite filii mei sermones veritatis, ut fa-
ciatis iustitiam & omnem legem altissimi, &
non erretis spiritu odii, quoniam malus est in
omnibus actibus hominum. Omne quodcun-
que fecerit homo, odit & abominatur. Si fa-
ciat legem Domini, non laudat eam. Si timeat
Dominum & sectetur iusta, hunc non diligit,
veritatem vituperat: dirigēti prospere res suas
huic inuidet, obrectationem amplectitur, ar-
rogatiām amat. Et quoniam odium excæcauit
animam

animam eius, facit proximo suo, sicut & ego
 Ioseph. Custodimini igitur filii mei ab odio,
 quoniam in ipsum Dominum iniquitatem fa-
 cit. Non enim vult audire verba mandatorum
 eius de dilectione proximi, & in Deum peccat.
 Si enim delinquit frater, statim vult annūciare
 omnibus, & festinat ut iudicetur pro hoc deli-
 cto, & punitus moriatur. Si autem fuerit ser-
 uus, accusat eum apud Dominum suum, & o-
 mnes persequēdi vias excogitat aduersus eum,
 si quo modo mortificet eum. Odium enim o-
 peratur cum inuidia, & aduersus bene operan-
 tes, profectum audiens & videns, semper con-
 tristatur. Quemadmodū enim dilectio etiam
 mortuos amat & cupit viuere, & in eos qui
 sunt in sententia mortis, si fieri queat, à morte
 reuocare vellet: ita odium viuētes conatur de-
 lere, & eos qui paululum quidam peccauerint,
 indignos vita iudicat. Spiritus enim odii animi
 peruersitate cooperatur Sathanæ in omnibus
 vsq; ad mortē hominū. Spiritus n.dilectionis
 in longanimitate cooperatur legi Dei in salutē
 hominum. Malum est odium, quoniam perma-
 net cum mendacio, continue loquens aduer-
 sus veritatem, & parua magna facit, tenebris
 lucem obfuscat, dulce amarum dicit, & calu-
 mniam edocet, bellū, iniuriam, & om̄ne abun-
 dantiam malorū deniq; veneno diabolico cor
 implet. Hęc edoctus experientia dico vobis fi-
 lii mei, ut fugiatis odīu, & adhęreatis dilectioni

E 4 Do-

Domini. Iustitia eiicit odium, humilitas odiū,
 iustus enim & humiliis erubescit facere iniuste
 non ab alio reprehensus, sed à proprio corde,
 quoniam Deus protegit consilium eius. Non
 detrahit viro, quia timor altissimi vincit odiū;
 Timens enim, Dominum non offendit, non
 vult omnino, neque cogitatione, iniusta face-
 re aduersus hominem. Hęc ego ultimo cognou-
 i posteaquam pœnitui de Ioseph, Quæ enim
 secundum Deum est vera pœnitentia, ea mor-
 tificat hominem ad obedientiam, fugat tene-
 bras, & illuminat oculos, & cognitionem tri-
 buit animæ, & ducit consilium ad salutem. Et
 quæ non dicit ab hominibus, nouit per pœni-
 tentiam. Induxit enim mihi ægritudinem e-
 patis, & nisi fuissent orationes patris mei Ia-
 cob, profecto statim spiritus desisset esse in
 me. Per quæ enim homo peccat, per illa & pu-
 nitur. Quia igitur disposita erant epata mea
 impropiabiliter aduersus Ioseph, in epate
 passus sum impropiabiliter Iudicium pertuli
 per menses vndecim, vt pat esset tempus pœ-
 nae, cum tempore quo urgebam venditionem
 Ioseph. Et nunc filii mei diligite unusquisque
 fratrem vestrum, & auferite odium à cordibus
 vestris, diligentes inuicem in opere, sermone,
 & cognitione animæ: Ego enim coram facie
 patris nostri pacifica loquebar ad Ioseph, & ex-
 eunte me, spiritus odii obtenebrauit intelle-
 stum meum, & turbauit animam meam ad
 occi-

occidendum eum. Diligite igitur adiuicem ex corde, & si peccet in te aliquis, dic ei in pace, exterminans venenum odio, & in anima tua non teneas dolum. Et si confitens pœnitentia dimittit ei, & si negat, non contendas cum eo, ne quando iurante eo, dupliciter pecces. Non audiat alienus in contentione secretum vestrum, ne odiens te immutetur, & magnum peccatum operetur aduersum te. Quoniam multoties dolor loquetur tecum, vel perscrutabitur te in malo, accipiens a te venenum. Si ergo negat & erubescit, & redargutus quiescit, non educas eum. Negans enim pœnitentia, ut non amplius delinquat in te, sed honorabit te & timebit & pacificus erit. Si vero inuercundus est, & instat malitia, tunc dimittit ex corde Deo vindictam. Si quis plus quam vos prosperatur, ne contristemini, sed orare pro ipso, ut perfecte prosperetur. Forte enim vobis expedit ita, & si plus exaltatus fuerit, ne innideatis, recordantes, quoniam omnis caro morietur. Domino autem hymnum afferte, tribuenti bona & utilia omnibus hominibus. Scrutate iudicia Domini, & ita dimittit & quiesceret consilium tuum. Si vero ex malis quis ditatus fuerit, sicut Esau frater patris mei, nolite emulari. Terminum enim Domini suscipietis, vel enim aufert hoc in malis, vel pœnitentibus dimittit, vel imponitenti seruat in æternam punitionem. Nam pauper abundans in omnibus Domino gra-

E 5 tias

tias agit, & ipse apud omnes ditatur, quoniam non habet pernitosam deprecationem hominum. Auferte igitur odiū ab animabus vestris, & diligite inuicem in rectitudine cordis. Dicte autem & vos filii vestris, ut honorent Iudam & Leui, quoniam ex eis oriri faciet Dominus saluatorem Israel. Cognoui enim quoniam in fine recedent filii vestri ab eis, & in omni pernicie & malignitate & corruptione erunt coram Domino. Et paululum requiescens, rursus dixit eis. Filii mei audire patrem vestrum, & sepelite me prope patres meos. Et eleuans pedes suos dormiuit in pace. Et post quinque annos reduxerunt eum, & posuerunt eum in Hebroa cum patribus suis.

DE GAD, EPIGRAMMA.

*Legitima septem genuit cum coniuge natos,
Pastores onium quiq[ue] fuere probi,
Ductores belligaros, arcusque peritos
Posteritas multos multiplicata dedit.*

DE ASSERE VIII. PA- triarcha.

Asser natus anno mundi 2199. filius Iacobi & Zelphe ancillæ Lyæ. Filios habitu quatuor, & vnam filiam nomine Saram. Filiorum

rum extitere nomina, primogenitus, Iemna,
secundus, Iesua, tertius, Iesui, quartus, Beria.
Terrenam accepit à patre benedictionem Iu-
dæ longe dissimilem, verumtamen fæcis bo-
nam. Vnde videtur dictus quasi delitiae, Hold-
selig, Germanice. Abundantiam tribuit pa-
rens, & quæ præbiturus esset delitias regibus.
Talem etiam contulit Moyses, nisi quod ille
prolis abundantiam pollicitus, & tranquilli-
tatem inter fratres suos. Dein quod sit abun-
daturus olea, & ferrum atque æs futurum cal-
ciamentum eius. Ultimo felicissime precatur,
ut sicut dies Iuuentutis, ita sint & senectutis,
id quod tribui huius plane contigit. Fuit An-
na Phanielis filia Prophetissa, mulier eximiæ
sanctimonie, ex hac tribu prognata, quam
Lucas Euangelista commendauit à castitate,
& iugi pietate atque perseverantia in diuinos
cultus.

*TESTAMENTVM ASER DE
duabus faciebus Malitia &
Virtutis.*

A. **T**ransscriptum testamentum Aser, quæ lo-
catus est filiis suis centesimo viceximo an-
no vitæ suæ, adhuc sanus existens, dixit ad eos:
Audite filii Aser patrem vestrum, & omne re-
ctum corā Deo ostendā vobis. Duas vias dedit
Domin⁹ filiis hominū, duo cōſilia & duos act⁹
duo

duo loca & duos fines. Ideoq; omnia duo sunt
vnum, contra & viae duas boni & mali. Sunt
etiam dico consilia in pectoribus nostris, quæ
nos vel ad honestatem vel ad turpidinem im-
pellunt. Si igitur ad bonum ducitur homo, o-
mnes actus ipsius circa iustitiam versantur. Et
si quid deliquerit, tamen illico poenitet: Iusta e-
nim cogitans & abiiciens malitiam statim cor-
rigit sua peccata, & malitiam animi auferet. Si
vero in malum declinat consilium, omnis a-
ctus eius est in malitia, & repellens bonum, as-
sumit malum, constitutus sub Domino Beliar.
Et si bonum operetur, conuertit in malitiam
hoc. Cum enim incooperit boni aliquid facere
finem actionis eius in malum opus perducit.
Quia thesaurus Diaboli yeneno perniciosi spi-
ritus impletus est. Dicit igitur anima ipsius bo-
num supra malum esse, & finem rei in malitia
ducit. Est homo qui non miseretur ministran-
tis ei in malum, & hoc duplificem faciem habet,
sed totum perniciosum est. Est & homo dili-
gens malignitatem, similiter est in malitia,
quoniam & mori desiderat in malo propter i-
psum. Et de hoc manifestum, quoniam dupli-
cis faciei est, totum vero malus actus est. Et a-
mor existens, malitia est abscondens malum
sicut nomine quasi bono finis vero actus ve-
nit in malum, aliud furatur, iniuste agit, rapit,
avarus existit, & non miseretur pauperum.
Duplicem quidem faciem habet, & in hoc to-
tum

tum pernitiosum est; avarus existens erga proximum ad iracundiam prouocat Deum, & altissimum abnegat, & pauperis non miseretur. Praeceptorem legis Dominum spernit & acerbat, nec pauperem requiescere sinit, animam inquinat, ut corpus splendidum reddat, multos occidit, & paucorum miseretur. Hoc quidem duplicitis faciei est. Alius adulteratur & fornicatur & abstinet a cibis, ieunans malefacit, potentia, diuinitiis multis misere vexat. Et mala conscientia facit mandata. Et hoc duplicitis faciei est, totum autem malum est. Tales ut sues sunt & lepros, quoniam ex medietate sunt mundi, reuera sunt immundi. Vosigitur filii mei non efficiemini secundum ipsos duplitem habentes faciem, bonitatis & malitiæ, sed bonitati soli adhæret, quoniam Deus requiescit in ipsa, & homines desiderant eam. Malitiam fugite, occidentes diabolum in bonis vestris actibus, quoniam qui duplicitis faciei sunt, non Deo sed concupiscentiis suis seruit, ut Beliar complaceant, & his qui sunt ipsis similes. Edom autem viri & qui sunt vnius faciei, & si existimetur ab eis qui duplicitis faciei sunt, peccare, iusti tamen sunt apud Deum. Multi enim occidentes pernitosos, duo faciunt opera, malum per bonum, totum vero est bonum. Quoniam qui malum eradicauit perdidit illud. Est aliquis qui odit aliquem misericordem, & accusat eundem adulterii vel latrocinii,

trocinii, hic est duplicitis faciei, sed totum opus
 bonum est, quoniam imitatur Dominum non
 aspiciens quod videtur bonum, cum vero sit
 malum. Alter non vult diem bonum videre cū
 luxuriosis, ut non maculet eos, & inquiet a-
 nimam. Et hic duplicitis faciei est, totum autem
 bonum est, quoniam tales capreolis & ceruis
 similes sunt, quoniam in consuetudine agresti
 videntur immundi esse: ex toto autem mundi
 sunt, quoniam in zelo Dei ambulant receden-
 tes ab his, à quibus Deus prohibet per manda-
 ta, odio habent eos & necant malum à bono.
 Videte igitur filii qualiter duo sunt in omnibus,
 vnum contra vnum, & vnum sub vno ab-
 sconditur. Vitæ mors succedit, gloriæ ignomi-
 nia, diei nox, & luci tenebrae. Omnia vero sub
 die sunt, & sub vita quæ iusta sunt, propter q
 & mortem æterna vita præexpedit, & non est
 dicere veritatem mendacium, neq; iustum, in-
 iustum, quoniam omnis veritas sub luce est,
 quemadmodum omnia sub Deo. Hæc omnia
 probauit in vita mea, & non errauit à veritate
 Domini, & mandata altissimi exquisiu secun-
 dum omnem fortitudinem, ambulans secun-
 dum vnam faciem in bonum. Attendite igitur
 filii & vos mandata Domini secundum vñā fa-
 ciem, sequentes veritatem, quoniam qui du-
 plicitis faciei sunt, dupliciter puniūtur. Spiritus
 erroris odit hominē agonizatē. Legē Domi-
 ni custodite, & non attendite malum, vt bonū,
 sed

sed reuera bōnum respicite, & obseruate illud
in omnibus mandatis Domini ad eum reuersi,
& in eum quiescentes, quoniā fines hominū
ostendunt iustitiā eorum. Et cognoscite Ange-
los Domini & Sathanę. Si enim adheseritis spi-
ritibus malis, anima torquebitur à pernitoso
spiritu, cui seruitis in concupisciētis & operib.
pernitosis. Si autem quiescibiliter in gaudio
cognoveritis angelum pacis, consolabitur vos
in vita. Ne efficiamini filii vt Sodoma quā i-
gnorauit angelos, & periit vsque in seculum.
Nouī enim quoniam peccabitis, & trademini
in manus inimicorum vestrorum, terra vestra
desolabitur, & vos dispergimini in quatuor
angulos terræ, & eritis in dispersione despecti
velut aqua inutilis, vsquequo altissimus visita-
uerit terram. Et veniens, vt homo cum homi-
nibus manducans & bibens, & in silentio con-
terens caput draconis. Per aquā hic saluabit Is-
rael, & omnes gentes Deus in virum abscondi-
tus. Dicite igitur hæc filiis vestris, vt nō negli-
gant legem Dei scriptam in tabulis cœlorum.
Nam futurum est vt increduli fiant in legem
Domini. Et vos impie agentes, impie agetis in
Deum, non attendentes legem Dei, sed man-
data hominum: Et propter hoc dispergimini
vt Gad & Dan fratres mei, qui regiones eorū
ignorabant, & tribum & linguam eorum. Sed
congregabit vos Deus in fide propter spem
misericordiæ suæ, propter Abraham, Isaac &
Jacob.

Iacob. Hæc cum dixisset, mandauit eis, dicens:
Sepelite me in Hebron. Et mortuus est, somno
bono domiens. Et post hæc fecerunt illi filii e-
ius sicut mandauerat eis. Et reducentes eum,
sepelierunt cum patribus suis.

DE ASSERE, EPIGRAMMA.

*Vir probus & pectoris pascendi gnarus habetur,
Delicias habuit simplicitate suas.*

DE ISASCHARE IX. PA- triarcha.

R V B E N Lya primogenitus tempore mes-
sis triticæ, matri gratificaturus attulit mā-
dragoras. Quas Rachel conspicata, desiderium
earum cœpit. Oravit igitur sororem, ut dona-
ret particulam mandragoræ, quam filius ex agro
portasset: Lya impatiens constanter re-
culauit ea obiectione, an exiguum, quod con-
dormiret ea nocte marito, posceret. Insuper
etiam plantas filii allatas, Rachel ut concipi-
tas plantulas obtineret, promisit maritum illa
nocte. Contenta Lya præbuit mandragoras.
Vesperi autem viro redeunte ex agro latabun-
da occurrit Lya, significans, quod emisset eius
condormitionem per illam noctem. Placuit
Patriarchæ pactum duarum vxorum, ad Lyam
igitur duxerit. Quæ concepit ac peperit hunc
Patri-

Patriarcham, cui nomen fecit Iaschar, id est, merces, vel quod mercede conductus maritus procreasset filium, vel quod Dominus mercem retribuisset, dum Zelpha in marito nubere curasset. Natus ille anno mundi 2200. pastore egit ouium paternarum in Mesopotamia Syriae apud Labanem auum matris: Deinde & in Chanaea & Aegypto filios genuit quatuor, quos Moyses hisce nominibus enumerat, Sphola, Phua, Iobab & Semron. Sed Paralipomenon opus, cum prioribus duobus quidem conuenient, at posteriorum nominis aliter ac Moses recenset, ut, Iasub, & Zamran. Valde aucta est tribus haec. Fortissimos enim habuit principes, idque temporibus Dauidis, ibi circiter viginti duo millia, & sexcenti bellatores numerati sunt in sola stirpe filii Tholae primogeniti. Terrenam accepit cum aliis fratribus benedictionem. Assimilauit eius posteritatem Iacob, defuncturus Asino forti, qui suppositurus sit humeros ad portandum; verum tamen tributarium futurum praedixit Syriis & Assyriis, quorum laborabit terram, & accipiet optimam, sed aliis praebitutus usumfructum. Videtur id propemodum Moyses sensisse, dum tabernaculis illum immoraturum vaticinatus, comparat asino pigro, qui locum illibenter mutaret. Promittit autem salutem, si domi intra sua manserit castra, tum futurum, ut immolentur victimæ iustitiae. Opus Paralipomenon

F per-

perhibet, huius posteritatem in tribu sua per omnem cognationem robustissimos ad pugnandum produxisse milites & duces. Qui dicitis vxoribus plurimos genuere filios & filias. Vix tribus vllijs Patriarchæ ampliorem posteritatem habuit atque Isaschari.

TESTAMENTVM *ISASCHAR,*
de Gula.

ITranscriptum verborum Isaschar, vocans filios suos, dixit eis: Audite filii Isaschar patrem vestrum, auribus percipite verba dilecti à Domino. Ego sum natus quin' us filius Iacob in mercede mandragoratum. Iacob enim attulit mandragoras ex agro, & præbuians Rachel accepit eas. Fleuit autem Ruben, & in voce ipsius exiuit Lya mater mea. Mandragoræ autem erant mala odorifera, que producit terra Aram in excelso sub valle aquarum. Dixit autem Rachel: Non dabo hoc tibi, quoniam erunt mihi pro filiis. Erant autem mala duo. Et dixit Lya: Sufficiat tibi, quoniam acceperisti virum virginitatis meæ. Num & hæc accipies? Illa vere dixit: Ecce sit Iacob tibi nocte haec pro mandragoris filii tui. Dixit autem Lya ad eam: Non iactes & non glorieris, meus enim est Iacob, & ego vxor iuuentuti eius. Rachel vero dixit: Quid igitur, quoniam mihi primo copulatus est, & propter me feruiuit patri nostro annis quatuordecim. Et dixit Lya: Quid tibi

tibi faciam, quoniam multiplicatus est dolus & astutia hominum, & dolus procedit in terra. Si autem secus esset neque tu quidem videres faciem Iacob. Non enim vxor ipsius tu es, sed in dolo pro me induita es. Et seduxit me pater meus, & transferens me nocte illa, non permisit me videre, quoniam si fuissem illic, non factum fuisset hoc. Et dixit Rachel: Accipe vna mandragoram, & pro vna in mercede do tibi eum in vna nocte. Et cognovit Iacob Lyam, & concipiens, me peperit, & propter mercedem vocatus sum Isachar. Tunc apparuit Iacob angelus Domini dicens: Quoniam duos filios Rachel pariet, quia respuit coitum viri, & elegit continentiam, & nisi Lya mater mea pro coitu reddidisset duo mala, oēto filios paritura fuisse, propter hoc sex peperit. Duos vero Rachel, quoniam in mandragoris visitauit eam Deus. Sciuit enim quod propter filios voluit coire cum Iacob, & non propter desiderium voluptatis. Apponens enim & in crastino redditit Iacob, ut acceperet & aliam mandragoram propter hoc in mandragoris, exaudiuit Dominus Rachel, quoniam & desiderans eas non comedit, sed reposuit eas in domo Domini offerens sacerdoti altissimi, qui erat in tempore illo. Quando ergo factus sum vir filii mei, ambulaui in rectitudine cordis mei. Et factus sum agricola patrum meorum, & attuli fructus ex agris secundum tempus

F 2 corum,

corum, & benedixit me pater meus, videns quod in simplicitate ambulabam, & non eram perscrutator in omnibus actibus meis neque pernitosus aut iniuidens proximo, non oblocutus sum alicui, neque vituperavi vitam hominis ambulans in simplicitate oculorum. Propter hoc triginta annorum accepi mihi meam vxorem, quoniam labor deuorauerat fortitudinem meam. Et illecebrösus nūquam intelligebam voluptatem mulieris, sed per laborem somnus meus circumdedit me, & semper gauisus est in simplicitate mea pater meus. Si quid enim laborabam omnem fructum & omne primū germē primum per sacerdotem Domino offerebam, deinde patri meo, & tunc ego, & Dominus duplicauit bona in manibus meis. Sciuīt autem & Iacob, quoniam Deus cooperatur simplicitati meæ. Omne enim pauperi & omni tribulato tribuebam terræ bona in simplicitate cordis. Et nunc audite me filii, & ambulate in simplicitate cordis, quoniam noui in ipsa omnem beneplacentiā Domini. Simplex aurum nō concupiscit, proximum non inuadit, cibos varios non appetit, vestem diuersam nō vult, tempora longa sibi non promittit, sed solum recipit voluntatem Dei, & spiritus erroris nihil possunt aduersus eum. Non enim nouit recipere pulchritudinē mulieris, ne coiquinet mentem suam. Non zelos in consiliis eius superueniet, non inuidia lique-

liquefacit animam eius , neque lucrum in au-
 ritia excogitat . Ambulat enim in re^titudine
 vitæ , & omnia videt in similitate , non recipi^{es}
 oculis pernitositates ab errore mundi , vt non
 videat peruerse aliquot m^adatorum Dei . Cu-
 stodite ergo legem Dei filii mei , & simplicita-
 tem possidete , & in innocentia ambulate , non
 circumscrutantes mandata Domini & proxi-
 mi actus . Sed diligite Deum & proximum ,
 pauperis & infirmi miseremini , Supponite
 dorsum vestrum in agriculturam , & operami-
 ni in operibus terræ secundum ynum quam-
 que agriculturam , dona cum gratiarum actio-
 ne Domino offerentes , quoniam primis ger-
 minibus fructuum terræ benedixit Dominus ,
 secundum quod benedixit omnes sanctos ab
 Abel usque nunc . Non enim datur tibi alia
 pars quam pinguedinis terræ , cuius in dolori-
 bus sunt fructus , quoniam pater noster Iacob ,
 in benedictionibus terræ & primitiarum fru-
 ctuum benedixit me . Et Leui & Iudas glorifi-
 cati sunt à Domino in filiis Iacob . Etenim De-
 us hæreditauit in illis , & huic quidem dedit sa-
 credotium , huic vero regnum . Eis ergo obedi-
 te , & in simplicitate patris nostri ambulate ,
 quoniam Gad datum est perdere tentationes
 superuenientes Israel . Noui filii mei , quoniam
 in extremis temporibus derelinquent filii ve-
 stri simpliciterem , & adhærebunt avaritia : &
 dimittentes innocentiam , appropinquabunt

F 3 mal-

malignitati: & derelinquentes mandata Dei,
adhærebunt Beliar: & dimittentes agricultu-
ram, sequentur pernicioſa consilia sua, & di-
ſpergentur in gentes, & ſeruent inimicis suis.
Vos ergo dicite hoc filii vestrīs, vt ſi peccent,
velociter reuertentur ad Dominum, quoniam
misericors eſt & eripiet eos, vt reuertantur in
terram ſuam: Centum viginti duorum anno-
rum ſum ego, & non cognoui ſuper me pecca-
tum in mortem, præter vxorem meam nō co-
gnoui aliam: non fornicatus ſum in electione
oculorum meorum; vinum in ebrietate non
bibi: omne deſiderabile proximi non deſide-
raui: dolus non factus eſt in corde meo: men-
daciū non ascendiſt per labia mea: omni ho-
mini contristato congeſmu, & pauperi dedi
panem meum. Non comedи ſolus, terminum
non folui, pietatem feci in omnibus diebus
meis & veritatem, Dominum dilexi in tota
fortitudine mea. Omnaem hominem dilexi ut
filios meos. Si & vos filii mei hæc feceritis,
omnis ſpiritus Beliar fugiet à vobis, & omnis a-
ctio pernicioſorum hominum non domina-
bitur vobis, & omnia agreſtem feram ſerui-
tuti ſubiicietis, habētes vobiscum Deum cœ-
li, ambulantes cum hominibus in simplicitate
cordis. Et mandauit eis ut reducant eum in
Hebron, & illic eum ſepeliant in spelūca cum
patribus ſuis. Et extendit pedes ſuos, & mortu-
us eſt quintus filius Lyæ in ſenectute bona, o-
mne

mne membrum habens sanum & potens, dormiuit somnum secularem.

DE ISASCHARE,

EPIGRAMMA.

*Huic merces nomen fecit, mercede maritum
Emerat ad thalamum casta marita suum.
Quatuor in lucem natos huic pertulit uxor,
Aucti qui sunt in milia multa virum,
Externis censum praedixit morte daturum,
Regibus & populis, Assyrijsq; pater.*

DE ZABVLONE, X. PA-
triarcha.

GERMANVS Isacharis, Ruben, Simeonis, Leui, & Iude, omnes hi ex vno patre & matre prognati, nascitur Anno mundi 2201. Hic autem minimus natu Lyæ fuit, quem statim post Isascharem peperit. Pauit armenta cū reliquis fratribus. Iosephi venditioni auxiliatrices præbuit manus. Adultus duxit uxorem, ex qua genuit filios tres, Sarech, Chelon, Iahel. Profectus deinde cum patre & omni familia ex Mesopotamia Syriae ad Chananaem patriam, mox annonæ caritate coactus, profectus ad fratrem Iosephum in Aegypto, ibi habitauit in terra Gosen cum reliquis fratribus, & pauit oves.

F 4 Apa-

A patre ex humanis concedente terrenam na-
 etus benedictionem, quod in litore maris ha-
 bitaturus esset, & in statione nauium, usque ad
 Sidonem. Quod deinde primum completum
 est temporibus Iosua, ubi iactata sorte tertiam
 ipse accepit benedictionem tali loco ut praeci-
 nuerat patens. Preceatur Moyses, ut latetur in
 exitu suo; quod verum dixisse comperuit, dum
 Barachum ductorem ex tribu Nephtalim co-
 mitatus est. Nam ibi latum & secundum ade-
 ptus est exitum. Paucula enim turba maximam
 bellatorum copiam & multitudinem disper-
 sit, & ducem ipsum Sisaram per manum fa-
 mellae peremit. Habitanti ad mare vaticinatus
 latius Moyses, quod inundationem maris, &
 thesauros absconditos arena habiturus esset.
 Quod nonnulli de mercibus marinis, & me-
 tallorum abundantia, terra reconditorum, in-
 telligunt. Huius tribus alumni fuerunt, Ionas
 Propheta, qui Assyriorum Imperatori de ira
 Dei concionatus est, urbemque regiam ad vi-
 ta & morum emendationem instigauit. Item
 Matthaeus & Thomas Apostoli.

*TESTAMENTVM ZABVLON,
 de commiseratione & miseri-
 cordia.*

Transcriptum Zabulon, quod dispositum
 filiis suis centesimo decimo quarto anno
 vita

vita suæ, post triginta duos annos mortis Ioseph. Et dixit eis: Audite me filii Zabulon, datio bona genitoribus meis. Cum enim genitus essem, multum auctus est pater meus gregibus & armentis, quoniam in variis virgis habuit sortem. Non cognoui filii mei, quod peccauï in diebus meis, neque enim tunc recordabar, quoniam iniuriam feci propter ignorantiam in Ioseph, quoniam coelavi cum fratribus meis patri meo, quod factum erat, & fleui multum in abscondito. Timui enim fratres meos, quoniam conspirabant omnes simul, ut si quis reuelaret mysterium, occideret eum gladio. Tamen quoniam volebant occidere eum, multa testificatus sum eis lachrymans, ne facerent iniuriam hanc. Venerunt enim Simeon & Gad super Ioseph, vt occiderent eum, & cadessuper faciem Ioseph, dixit eis: Miseremini mei fratres mei, miseremini viscerum Iacob patris nostri. Non iniiciatis in me manus vestras, vt effundatis sanguinem innocentem, quoniam non peccauï in ipsis. Si vero peccauï, in disciplina erudite me. Manum autem vestram ne inferatis propter Iacob patrem nostrum. Vbi autem dixit verba haec, miseratione commotus, veni ego & incœpi flere, & epata mea resoluta sunt in me, & omnis subsistens viscerum meorum laxata est super animam meam. Fleuit autem Ioseph & ego cum ipso, & intremuit cor meum, & iuncturæ corporis mei expaue-

F 5 runt,

runt, & non potui stare, & videns me flentem
cum eo, & illos superuenientes ad occidendum
eum, refugit retro me deprecans eos. Exsur-
gens autem Ruben, dixit: Fratres, non occida-
mus eum sed proiiciamus eum in lacum exsic-
catum, quem foderunt patres nostri, & non
inuenerunt aquam. Ideo enim prohibuit Deus
ascendere aquam in eum, ut fieret praeceptio
Ioseph, & fecit Deus ita, donec vendiderunt
eum Ismaelitis. Neque in peccato Ioseph, filii,
ego consensi, sed Simeon, Gad, & alii sex fra-
tres nostri accipientes pretium Ioseph, emer-
runt calciamenta sibi ipsi & vxoribus suis & fi-
liis suis, dicentes: Non comedamus illud, quo-
niam pretium sanguinis est fratri nostri, sed
conculcatione cõculcemos illud, pro eo quod
dixit se regnaturum super nos, & videbimus
quid portendant somnia eius. Ergo in scriptu-
ra legis Enoch scriptum est non volenti iusciri
semen fratri suo. Solui calciamentum Ioseph.
Etenim venientes in Ægyptum soluta
sunt à pueris Ioseph ante portam, & ita adora-
uerunt Ioseph secundum typum Pharaonis.
Non solum autem adorauerunt eum, sed eti-
am rubore suffusi sunt procidentes coram eo,
& sic confusi sunt coram Ægyptiis. Deinde au-
dierunt Ægyptii omnia mala quæ fecimus Ioseph.
His factis apposuerunt fratres cibum ut
comederent. Ego vero per duos dies & duas
noctes non gustavi cibum, miseratus Ioseph,

&

& Iudas non comedit cum eis. Intendebat autem in lacum, quoniam timebat ne resilientes Simeon & Gad, interficerunt eum. Et videntes me non comedentem, posuerunt me custodire ipsum, quousq; venditus est. Fuit autem in lacu tres dies & tres noctes, & ita venditus est incibatus. Et audiens Ruben, quod venditus est absente eo circumscissus plorabat, dicens: Quomodo videtbo faciem Jacob patris mei? Et accipiens argentnm, cucurrit ad mercatores & neminem inuenit, dimittentes enim viam regiam ambulauerunt per deuia in velocitate, & non comedit Ruben panem in die illa. Accedens ergo Dan, dixit ei: Ne fleas neque tristeris de iuuene, scio quid dicturi sumus patri nostro Jacob: Occidemus hircum captorum, & tingemus tunicam Ioseph, & dicemus: Cognosce, si tunica filii tui est ista. Tunicam enim patris nostri exuerunt Ioseph cum vendituri erant eum, & induerunt eum vestimentū vetus serui. Tunicā vero habuit Simeon & noluit dare eam, volens gladio suo discindere eam, iratus quod viueret adhuc, nec occidisset eum. Exsurgentes autem aduersus eum omnes simul dixerunt: Quidni daturus sis? eum tu solus fecisti hoc malum in Israel. Et ita dedit eam, & fecerunt sicut dixit Dan. Et nunc filii mei annuncio vobis, custodire mandata Domini, & facite misericordiam in proximo, & viscera misericordiae in omnes habete.

habete, non solum ad homines, sed & ad irrationalia. Propter hoc enim benedixit me Dominus & omnibus fratribus meis ægrotantibus, ego sine ægritudine euasi. Nouit enim Deus vniuerscuiusque electionem. Habete ergo misericordiam in visceribus vestris filii mei, quoniam ut aliquis faciet proximo suo ita & Dominus faciet ei. Etenim filii fratrum meorum ægrotabant, moriebatur propter Ioseph, quoniam non fecerunt misericordiam in visceribus suis. Filii autem mei sine ægritudine custoditi sunt sicut nouissimi. Et eram in Chanaan in littore venatus sum venatione piscium Jacob patri meo, & multis suffocatis in mari ego illæsus permanisi. Primus ego feci scapham in mari nauigare, quoniam Deus dedit mihi intellectum & sapientiam in ipsa, & dimisi lignum retro ipsam, & linteamen extendi in ligno medio, & in ipsa perambulans littora, pescabar pisces domui patris mei, vsquequo venimus in Ægyptum, & ex renatione mea omni homini peregrino miseratus dabam. Si vero erat peregrinus, vel ægrotans, vel senex coquens pisces, & faciens hoc bene secundum vniuerscuiusque necessitatem, afferebam omnibus colligens & compatiens. Propterea Deus multos pisces fecit me venari in mari. Qui enim tribuit proximo, accipit multiplicata à Domino. Quinque annis pescatus sum, omni homini quem videram trahiens, & omni domui

mui patris mei sufficienter. In autumno piscal-
 bar, in hyeme autem pascebam gregem cum
 fratribus meis. Nunc annunciaro vobis quæ
 feci: Videbam tribulatum in medietate hye-
 mis, & miseratus super ipsum furatus vestimentum
 ex domo mea abscondite dedi tribulato.
 Et vos ergo filii mei ex his quæ tribuit vobis
 Dominus, indifferenter omnibus miserentes,
 misericordiam facite, & tribuite omni homi-
 ni in bono corde. Si vero non habetis ut quam-
 primum detis indigenti, compatiamini in vi-
 cieribus misericordia. Noui quoniam manus
 mea non neglexit vel horam tribuere indige-
 ti, & amplius septem stadiis ambulans cum i-
 psa flebam, & viscera mea versa sunt super i-
 psu in compassionem. Et vos ergo filii mei,
 habete viscera misericordiae aduersus omnem
 hominem in misericordia, ut & Deus in vos
 propitius misereatur vobis. Quoniam in ex-
 tremis diebus Deus mitter misericordiam suā
 in terram, & ubi inuenierit viscera misericor-
 diae in ipso habitabit. Quantum enim homo
 miseretur erga proximum: tanum Deus ipsi.
 Quando enim descendimus in Aegyptum, Ioseph
 non recordatus est mali in nos, me vero
 videns, misertus est. In quem inspicies & vos
 immemores malorum efficiamini filii mei, &
 diligite inuicem, & non cogitetis unusquisque
 malitiam fratris sui, quoniam hoc diuidit unitatem, & omnem consanguinitatem dispergit

&

& animam perturbat. Memor enim mali visceris misericordiae non habet. Attendite aquas, quoniam cum simul mouentur lapides, ligna, arenam distrahunt. Si vero in multas diuidantur terra exterminat eas, & sunt neglectæ, & vos si diuidamini eritis ita. Nec scindamini in duo capita, quia omne quod fecit Deus, caput vnu habet, dedit duos humeros, manus, pedes, sed omnia membra vni capiti obediunt. Noui in scriptura patrum meorum, quoniam in ultimis diebus recedetis à Domino, & diuisi eritis in Israel, duos reges sequemini, & omnem abominationem facietis, & omne Idolum adorabitis, & captiuabunt vos inimici vestri, & sedebitis in nationibus in omnibus infirmitatibus, tribulationibus & doloribus animæ. Et post hoc recordabimini Domini, & pœnitebitis, & conuerteret vos, quoniam miserator est & misericors, non excogitans malitiam filiis hominum, quoniam caro sunt, & spiritus erroris seducunt eos in omnibus actibus suis. Et post haec orietur vobis ipse Deus lumen iustitiae, & sanitatis & misericordia in pœnis eius. Ipse redimet omnem captiuitatem filiorum hominum à Beliar, & omnis spiritus erroris conculcabitur, & conuertet omnes gentes in æmulacionem eius, & videbitis Deum in forma hominis, quoniam elegit Deus Hierusalem, nomen Deus ei. Et rursus in militia sermonum vestrorum, ad iracundiæ provocabitis eum, & abie-

cti

Et eritis usque ad tempus consumationis. Es
dunc filii mei non contristemini, quoniam
moriō ego, neque concidatis, quoniam relin-
quo vos. Resurgam enim rursum in medio ve-
stri, velut dux in medio filiorum suorum. Et
labor in medio tribus meæ, quotquot custo-
dierunt legem Domini & mandata Zabulon
patris eorum. Super impios vero inducit Do-
minus ignem æternum, & perdet eos usque
in generationes. Ego in requiem meam recur-
ro sicut patres mei, vos autem timete Dominum
Deum vestrum in omni fortitudine omnibus
diebus vita vestra. Et haec dicens, dormiuit so-
mno bono, & posuerunt eum filii sui in theca.
Postea autem reducentes eum in Hebron, &
sepelierunt eum cum patribus suis.

DE ZABULONE, EPIGRAMMA.

*Ultimus est inter sex fratres Zabulon orbis
Donatus, pecudes pauit & ille patris.
Oceanus tribuit moriturus littora vasti
Sydoni portus deinde metalla, pater.*

DE IOSEPHO, XI. PA- triarcha.

*S*equitur Iosephus Patriarcha sanctissimus,
ex Rachele sterili matre in Mesopotamia
natus

natus anno mundi 2199. quem pater in tanto
natorum grege, cum quod aetate confessus eum
genuerat, tum quod ingenio & indole multum
alios antecelleret, plurimum dilexit. Quae res
conflauit puerò in expiabilem eoram fratribus
inuidiam, ac quo maior in eo futuræ indolis
& virtutis spes erat, eo maioribus odii stimulis
fratrum luidus ardor intendi coepit. Accede-
bat & alia quæ fratrum inuidiam augebat cau-
sa, forte namque duplarem insomniæ speciem
noctu per quietem senserat. In priore ferunt i-
psum per quietem vidisse omnes defecte sege-
tis manipulos, quos interdiu fratres in agro
disposuerint, vitro ad eos, quos ipse ab illis
haud multum diuersos constituisset, venera-
bundos ac quodammodo supplices accedere.
Quam nocturnam visionem, nihil mali ex ea
re sibi eueturum arbitratus, fratribus, ubi pri-
mum illuxit, puerili more retexit. Breui subse-
quuta post altera imaginatio, diuersa quidem
specie à priori, verum ad eundem tendente
exitum. Visum enim erat sopore presso se à so-
le, luna & stellis vndecim adorari, qua insomniæ
adumbratione, ut priore, paulo temerius di-
uulgata, eoram fratribus, ipsisque coniectanti-
bus, rem eo propemodum peruenturam, ut o-
mnium, cui talia per somnum obuenissent, fra-
trum totiusque familie princeps futurus esset.
Infensiores igitur longe quam antea facti con-
silium inierunt, qui aut ex familia remouere,

aut

aut penitus tollere possent. Accusauerat non
nunquam Iosephus fratum iniuriam, si quan-
do cōtendissent cum vicinis, aut forte aliquid
abstulissent, & alia quāe non ingenuos, prāser-
tim sancti viri decerent filios, committerent:
Ob hoc igitur non paululum sibi conflauit in-
uidiae. Et quia parenti dilectissimus erat, confi-
ci illi curauit vestem vaticolorem, & polymi-
tam, ablegans illum ad fratres, ut paſceret o-
ues, & num omnia, probe dispensarentur, a-
nimaduerteret in Sichem. Profectus Iosephus
ex valle Hebrōn ad Sichem, errat in via, quod
forte videns quidam, significauit fratres in Do-
thaim paſcia tenere, si percupiat illos inuiſere,
ut illuc proficiscatur, ac sine dubio inuenetur.
Credidit ille viri verbis, & ut dixerat inuenit.
Videntes igitur à longe Iosephum fratres ad-
euntem, occulta inter se de perdendo cōſilla.
Stabat sententia, puerum oportere tolli. Sed
inferendae necis neque locus oportunus, neq;
tempus satis aptum dabatur. Ruben vero natu-
maximus subita ductus pœnitentia, dubium
facinus pertinaciter auersatus ac indignam
pueri miseratus sortem, cæteros admonuit, ne
temere fratri manus iniicerent, inhumane eos
facturos, ac impie, si pueri insontis eodemque
patre prognati se cæde polluerent. Obscurat i-
gitur, ut si neque ætatis, neque fraternæ pietas,
attamen longæui patris senectæ rationem
haberent, quam sublato filio, certissime vel ab-

G rati.

rumperent, aut in perpetuum conisicerent la-
etum. His omnibus addidit maximampœnam
numinis, illis qui totam familiam nefanda cæ-
de funestarent. Cæterum aliis nihil secius tu-
multuantibus, quum euidenter appareret à
morte reuocari non posse, eo vsq; fecit verba,
vt ne manus fraterno contaminaret sanguine,
sed in puteū, qui proximo videbatur loco, de-
mergeret, vbi inedia conficeretur. Placuit cō-
silio, Iosephūq; vincit manibus in cisterñ
detrudant. Dixerat Rubē hæc omnia hoc cō-
silio, vt intēpesta nocte eo reuersus fratrē inde
ex tractū vinculis liberaret. Id cōmodius vt e-
ueniret, in tumulos nonnihil inde auerlos pe-
cus in pabulum egit, vt fratrū oculos ab omni
ſæuitia remoueret. Interea Iuda suadet, vt Is-
macliticis negotiatoribus prætereuntib. vede-
rent: edocuit tutius id consilium esse, ac minus
detestabile futurū asserens, quocunq; loco ter-
rarū ipse Iosephus periisset, nihil ipsius morte
ad fratres attinere. Assenserūt cæteri, puerūq;
ex cisterna receptū viginti argenteis mercato-
rib. qui per ea loca camelos mercibus onustos
tū forte agebant, vendidere. Ruben intēpesta
nocte deinde ad locū reuersus, vbi puerū sen-
sit abesse, fratum consilio periisse arbitratus,
& in luctum cōuersus, eos vt fraticidas accu-
ſauit, neque se placari donec omnia cognouit,
passus est. Tum Iudas & cæteri uestem quam
puero inter tumultuandum detraxerant, con-
ſil-

Sciſlam, multoq; cruore fœdatam ad patrē de-
ferunt cū lacrymis, & magno eiſlatu nunciant
incidisse in illas coniecturas, & fraternæ cœdis
vestigia, vix tandem agnitam à ſe Iosephi Poly-
mitam, opinari forſan alicuius violentiſſimæ
bestiæ morsu & incurſu laniatum eſſe. Senex
atrocifimo perterrefactus nuncio in repenti-
nam, & miserabilem querelam incidit. Nec fi-
lli patrem in acerbifima ægritudine percul-
ſum, ſeu precibus, ſeu hortatione lenire poſ-
ſant. Quin totis ille diebus, totis noctibus ſe i-
pſum cruciare, affligere, neque modum lacry-
mis, neque finem facere. Iofephus interim à
Potiphare, Pharaonis Regis Ægyptie unucho,
emptus, herili cura, dum liberalis indolis puer
eſſet, inſtituebat. Fuitque Deus cum eo, &
quidquid auſpicaretur, pſpere ſuccellit. Quū
vero venuta admodum eſſet facie, & iam per
etatem adoleſcere coepiſſet, Potipharis coniux
eius flagrans amore, principio ſignis, nutibus,
& verborum phalariſtupri adoleſcentē com-
pellat. Postremo ne minis quidem cogi potuit.
Comiſerat illi herus omnia domus negocia,
quaē diligentiſſime ſic expediebat, ut breui Do-
mino gratiſſimus exiſteret. Animaduerterat id
hera, rata igitur facilius ſuſpicionē vitari poſ-
ſe in eo adoleſcente quē maritus plurimū ada-
mabat. Cum vero tam nefario nequaquam he-
ra acquieſceret operi ne itaque domum in qua
tam clemēter fuerat educatus, pollueret, apud

G 2 heram

heram orare, castigate, ob id etiam mulieris impudentiam, precibus obnixe in rerdum obtestari, ne pergeret vana seipsum spe lactare. Decretum sibi esse, prius omnia pati extrema, quam in Potipharis optime de se meriti contumeliam explere muliebrem libidinem. His illa magis incensa flagrare cœpit. Et cum solenne forte spectaculum in regis aula ædere tur, subitam ægritudinem causata, negat se apud maritum eo die in publicum progressuram, sic futurum putans, ut viro cum omni familia foris occupato, per otium & tranquilitatem ædium, adolescentis pudicitiam expugnaret. Quapropter sola solū appellat, ac nunc suauiter nunc minis & varie denique adolescentis animum oppugnare conatur. Is vero cum neque precibus, neque minis moueretur, ut obsecundaret libidine herili, fecit meretrix in illū impetū, ac illi colluctata maxima vivrit, ut sibi condormiret. Adolescentis effugitus impudētissimæ heræ impetum, in eius manibus palliolum reliquit, quod retinuit hera, in argumentum fidei maioris, ac Potiphari domum redeunti cum lacrymis & flebili lamentatione monstrauit: significans, quam temere nequissimus Hebræus famulus, nisi vi prohibuisset, conatus sit ad stuprum compellere, sed clamoribus terrefactum à nefario destitisse proposito. Hæc impudens mulier, aliaque ad concitandam vindictam apud maritum detulit.

lit. Iosephus verecundo, vt erat ingenio, nihil
heram recriminari ausus, extrema pati maluit
quam hero coniugis effrenatam libidinem a-
perire. In custodiam ergo iussu Potipharis pœ-
nam adulterii luiturus coniectus est. Deus ve-
ro misertus innocentia adolescentis inculpa-
tissimi, dedit ei tantam gratiam in conspectu
principis carceris, vt ipsum constitueret sum-
mum vinclorum in carcere regio. Forte accidit,
vt ibidem multi custodirentur variorum sce-
lerum rei, inter hos erant & pincerna Regis, &
pistor ex regia Pharaonis. Sed cum pincerna
per quietem existimasset triplicem sibi con-
spectum palmitem, ternis ornatum racemis,
qui cum maturuissent, effentque à se resecti &
expressi, subito regi mustum propinasset. Ille
nocturna adumbratione consulus interrogat-
tur à Iosepho, quid causæ, quod more solito i-
pse & pistor tristiores conspicerentur, respon-
dit, perplexam insomni figuram tristissimum
se reddidisse, partim quod ignarus quid porté-
deret, partim quod animus inde quam maxi-
ma anxietate laboret. Iosephus iussit referri.
Quo relato statim cōsolatus bonū omē esse di-
xit, nam postriduum in pristinā ipsum dignitatē
esse restituēdum. Orauit autem, vt si insomni
verum se coniectorem expertus, sui recorda-
retur. Pistor commotus acutissima iuuenis in-
terpretatione insomni, & felici vaticinio, sibi
& que prospera euentura sperans, Age, inquit,

G 3 &

& meum si poteris, explica. Ferebā ego per somnū proxima nocte tres capiti i mpolitas sportulas, panis duas, crndi vnam obsonii. Omnia magno impetu volucres infestissimo volatu visi sunt diripere. Mallem meliora vidisses, respondit Iosephus Nam calathī, ait, quōs vidisti panibus repletos binos, bidui adhuc vitā portendunt. Tertia vero die volucres importuno volatu deuorabunt cadauer tuum, te suspenso in crucem, nec defuit Iosephi vaticinium. Vt risque enim pistori & pincernæ vera prædicti. Pincerna recepit suam functionem, sed pistor affixus est patibulo. Fuit post hæc Ioseph⁹ duos ferme annos in vinculis. Ne autem tantum ingenii lumen diutius tenebris obuolutū iaceret, vnam ad excellentiorem vitæ statum & dignitatem, nocturna Regis visione celestis prouidentia inuenit. Is gemino terrefactus insomnio, coniectores, ariolos, incantatores, & quicunque in tota Ægypto sapientia & his artibus præcellebant, consuluit. Cum vero nullius certa & probabilis adduci posset conjectura, & somnii significatio, iussi Iosephum carceribus educi, cuius ingenium tum primum ingratus pincerna vera somniorum interpretatione donatum prædicauit, vbi regem vehementer sollicitum de nocturno somnio sensisset. Erat autem hoc somnium Pharaonis: Viderat quieti deditus septē boues hilari & pinqui aspectu è ripa Nili citra paludem aberrantes,

tes₃

tes, quos septem alii macie deformati, palustriq; loco emergentes deuorarunt. Mox vero imaginatus erat, sc̄ptenās se spicas cernere multis frugibus abundantes, quæque iam ut demeterentur maturæ, sed alias aduenisse macras, & siccitate consumptas, priores deuorasse. Talia cum interpretanda Iosepho propotuissest, hortatus est, quantum vel prudentia vel diuinatione cōiecturare posset, vera referret. Tristia nullo modo, si qua interessent, in occulto patareret. Ad ea Iosephus, si qua, ait, Clementissime Rex perplexum istud somnium dissoluendi in me peritia reperietur, diuinæ erit adscribendum maiestati, humanis nequaquam viribus. Septem boues cum frugiferis spicis, denunciant. (cum id animal agriculturæ convenientissimum sit.) telluris fecunditatem & annonæ largissimam copiam, cuius feracitatis causa erit inundatio Nili, vnde boues vissi sunt ascendisse. Cætera, quæ his aduersa apparuere, totidem annorum carissimum prouicum denotant, & ingentem famæ præ se ferunt. Quod fatale malum nisi prudentia singulare declinetur, verendū, ne regionis Ægypti clima maximā patiatur cladē. Cæterū cōmodius id ut fiat, immensa frugū copia colonis vitro citroq; per solertissimos annonæ Pr̄sides cōgeri ēda, & sic regni subditis de alimonia p̄spiciendū. Sic nec iniquissimis téporib. vlla frumentationis caritas sentiri p̄t̄erit: Demirat Pharaō adolescētis in geniū p̄spicacissimū & pacutā utriusq; somniū expli-

G 4 expli-

explicationē, deinde tam præmaturā tā viridi
estate sapientiam, nihil contra Satraparum vo-
luntatem visus est facere, si ipsum negotiū in
consilii deferret suasorem. Vniuersis igitur au-
lā negotiis præfecit, & omnia eius imperio
submisit, coniuge dempta, & solio, quæ sibi re-
seruauit. Adhac annulo digiſtūlū condeco-
rauit, & dignitatē gestandæ purpuræ contri-
buit, fecitq; eum curru vehi, præcedente præ-
cone, ut quilibet illo conspecto flecteret ge-
nua, occultorum nominans inuentorem. His
Iosephus exornatus dignitatibus, cum iam in
multa ageret honorum celebritatē, dedit illi
Rex Assenach, filiam Potipharis Sacerdotis
Heliopoleos vxorem, Triginta natus fuit an-
norum, cum ante conspectum Pharaonis so-
mnia interpretaturus stetisset. Porro quæ con-
ſulendo coram rege & satrapis suaferat de fru-
mentatione colligenda, diligentissime singula,
ut nihil offendaret regis animū, expediuīt.
Antequam autem immineret fames, suscepit
ex coniuge sua duos filios, priorem *Manassem*
vocauit; quod *oblinionem* significat, ut appare-
ret ad fortunæ mutationem allusum, velut
præsentij rerum successu, omnium malorum,
quæ fuerat perpeſsus, parta foret obliuio. Po-
steriorem nuncupauit *Ephraim*, à crescendo,
quod multiplicatus fuisset in diebus paupertatis.
Interea terrestris abundan̄iæ circumuo-
luto interuallo, ingens annonæ caritas Ægy-
ptum,

ptum, ut prædixerat Iosephus, inuasit, quæ quo
magis inualeſcebat, eo frequenter ad regis
horrea mortalium fame pressorum concursus
eueniebat. Ex omnibus igitur regionibus ad
Ægyptum, ut emerent vietum, conuolare ho-
mines. Vnde Iacob pater Iosephi, auditæ regiæ
frumentationis fama, ex Chananza omnes
præter Beniaminum natu filium minimum, ad
triticum emendum amandauit Camelum sin-
guli vel iumentum præſeagebant. Vbi vero
Ægyptum venere, eos Iosephus intuitus, con-
tinuo omnes agnouit. Illi adorantes eum ro-
gabant, ut venderet alimoniam. Recordatus
Iosephus sub adoratione, habitu aliquando so-
marii, placuit non prius eos compellare, quam
totius familiæ valetudinem exquisiuisset. Mi-
naciter igitur in eos, ut peregrinæ nationis vi-
ros ac parum notos inuestitus, exploratum ve-
niſſe non frumentatum acclamauit. Fore de-
mum, ut una omnes pro exploratoribus vin-
cirentur, torturisque adhibiti, tam diu vexarentur,
donec longinquæ peregrinationis causam
aperirent. Reliquis pene omnibus examinatis,
seueram Iosephi, quem non agnouerant, ob
rationem, solus Ruben natu maximus, se excu-
ſauit, & fratres esse non speculatum venisse, aut
ullius periculi inferendi gratia, sed annonam
& famem præcipuam esse causam talis profe-
ctionis. Expressis etiam quod filii essent viuis
viri omnes Iacob, cognomento Israel, incolæ

G 5 Cha-

Chananeorum dexterimi, qui hortatus, ut illam instituerent profectio[n]e, rumore sparso, in Aegypto vendi frumenta. Duodecim quoniam fuisse fratres, quorum unus periisset, reliquos undecim prospera adhuc vti valetudine, decem presentes esse, minimū vero natu patre secū domi retinuisse. His dicit s, Iosephus durū qui sibi longe charissimi, salute cognita, iubet in custodiam deduci. Lamētari illi inter se fortunā atq; de vi & salute arbitrari, diuinaque id factū voluntate, vt in alienā legati terrā fraternali sanguinis pœnas daturi perire. Exprobrabat Rubē sacerdotiā q̄ insoni puero intulissent. Iosephus autē fratru[m] planctu[m] miserabiliter motus obrutis p[ro] nimia pietate lacrymis, mādat eos custodia educi; quibus ad suū tribunal accessu, tali modo conditiones proposuit. vt uno ex fratribus sibi relieto, ceteri cū frumento se domū recipere, atq; in argumentū eorū qui p[ro]dicassent de fratre, quē domi reliquissent ad suū adducerent conspectum. Tale pactū iudicium exhibiturum, vera an falsa dixissent de peregrinationis suæ excusatione. Simul igitur Simeonem tulit, illumque coram reliquis fratribus ligari mādauit. Ministris etiam iniunxit, abituri repleret sarcinas frugibus, precio redditio. Discessis iam fratrib. in iunctere, unus sarcina reuoluta, vt pabulum iumento præberet, reperit pretiū profugibus numerandis. Dixit igitur obliupefactu, redditam sibi pecuniam, & in

& in summitate sarcinę collocatā reperisse. Parentes & cæteri his auditis, putauerunt tentationis gratia factum. Nihilominus tamen in itinere suscepto perrexere, donec reuerterentur ad parentem in Chanaan, vbi cuncta quæ contigerant de Præfecti annonæ austeritate, & quam misere Simeonem ligati præsentibus illis mandasset, referebāt. Senex & gauisus propter concupitum rediūm, & mœstus propter Simeonis custodiam, longe tristior quā vñquā in vita sua easlit, nec hoc paululum augēbat ægritudinem, dum filii petebant, si quando necessitas requireret, concederet sibi filium dilectissimū se comitari: Ratus n. pater, si concederet, ne simili modo periret, vt Iosephus, quē occisum arbitratus, & pariter Simeonē. Cæterum fame iterum vrgente filios hortatus, vt frumentatum proficiscerentur in Ægyptum: Qui cum nolissent nisi comitaretur Beniaminus, maximo dolore affectus est. Attamen cū aliter fieri nō posse videret, ægerrime permisit seq ad Ægyptū duplici precio addito, vt si forte id quod relatū fuerat, restituere cogerentur, non deforet æræ fruges iterum coemendi. Tulerunt secū fratres Stacten, Balsamum, Therebenthū, Amygdala, & alia munera, quib. Ægyptus caret, vt annonæ Præfectū, in recipiēdo fratre, recipiōneq; frumentatione placabiliorē habēdū docarent. Cū igitur eo venissent, primum omniū excusant se, quod siue de industria, siue casu

cont.

contigerit, aut aliena fraude, sibi non constare, quis pretium coempti frumenti sarcinis imposuerit, post aiunt Beniaminum fratrem, ut iussi, adduxisse. Eumque una cum patris munieribus, quæ attulerunt, ante tribunal statuūt. Tum Iosephus affectibus animi confusus, velut aliud curaturus, cum lacrymis moderari nequiret, in secretum se se proripuit, ac animo versans, qui Beniaminum fratrem simulati criminis apud se in Aegypto retineret? Incesserat porro cupido exquirendi fratrum animos, clemente in illum meliore, quam in se olim animo, vel an puerum in discrimen adductū procul à domo patria sine praesidio desererent. Ut igitur oportunius rem aggredederetur, fratres hospitaliter invitatos cœnæ adhīhuit. Iam enim recepto Simeone, absolutaque frumentatione, haud multo post discessuri erant. Sed dum accumbitur, occulto mandat argenteum suum scyphum, ex quo ipse bibere solitus, in Beniamini sarcina includerent. Iamq; urbe egressis expeditos misit equites ad facinus coargendum. Mirari fratres primo strepitum insectantium: Verum ubi in se impetum fieri viderunt, perculsi, suppliciter rogant, ne vim inferant, antequam reus, si quisquam adsit, puniatur. Regii equites fures, & herilis mensæ raptore improbos eos nuncupare, qui hospitaliter invitati, contra hospitum iura furto cyathum praefecti annonæ surripuerint. Proinde recta disce-

disiectis sarcinis à iumentis , perscrutati sunt singulorum, donec Beniamini reperissent, ibi omnes metu & stupore consternati, Beniaminum velut ad supplicium retractum sequuntur, ingenti mœrōre & flebili silentio, venientibus igitur ad Iosephum , exprobrauit ille plorū perfidiam, & scientia vaticinandi pretendit se talia cognovisse. Attamē non omnes cupere, vt mancipia sint, si reum seruare possit, se contentum. Tum Iudas scissis vestibus, & lacrymis large effusis ad pedes eius prouolutus, humanissime precatus est, ne putaret culpa aliquius fratris aut etiam de industria factum, malle se potius pro Beniamino n. acipium fieri, quam sine hoc domum ad parentem reuerti, mœrōre confectum. Iosephus Germanum in fratrem agnoscens affectum, & ciulatu cœterorum fratrum , deinde suo ictus affectu, simulatam ad id tempus personam ferre nō amplius potuit. Disp̄satoribus & ministris ē medio submoris, Satis, inquit, habeo, si patrem meum adhuc in viuis agere animaduertero, & in Beniaminum fratrem uterimum meliore, quam olim in me sitis animo. Quanquam ne propter illud quidem nimium succenso vobis, sed ad diuinam referto prouidentiam, Deus ille Opt. Max. qui cuncta mirabili serie disperfat, ita credo eueniri voluit, vt fratrem temere perderetis. (quantum enim in vobis perdidi-
stis) vt esset, qui in summo discrimine vita, pa-
trem

trem vestrum, vos & vniuersam familiam tueretur. Agnoscite me fratrem vestrum, quem ex Rachele Israel pater vester, qui idem & meus, progenuit. Ego à mercatoribus, quibus me vediisti, in hanc adductus terram, ex seruo clarus & magnipotens factus, singulari, ut res declarat, inter Ægyptios & authoritate, & dignitate polleo, habeoq; ipsi Deo, quas agam maximas gratias, in perpetuas æternitates. Ascedit igitur, & patrem meum virtū iustissimum cum omnibus suis adferte familiaribus & opib. Neque vos, ut comitemini, negligite. Me namque sic velle, & apud Regis clemētiam, ut locus habitabilis contingat, procuraturum dicite. Sic loquens primo vterinum fratrem Beniaminū, deinde cunctos ordine cum lacrymis, & mutua etiam cōplexus gratulatione. Nec tam insperati gaudii rumor, intra vnius domus parietes se continuit, sed in regiam subito deuolutus Pharaoni nunciat, fratres adferendæ annonæ gratia adesse viros ætate florenti omnes. Eos Pharao in aulam accersitos familiariter ob Iosephum complexus est, amplisque muneribus donatos à se dimisit. Imperauit etiam Iosepho, ut daret ad vehenda patris bona currus, ne profectio itineris moram pateretur. Discessuros autem Iosephus singulos muneribus exornauit, & cibaria & plausta ad subvectionē patulorum, iuxta Pharaonis iussum contribuit. Præterea cuilibet dedit binas stolas; Benami-

no

SANCTORVM PATRIARCH. IM

no vero trecentos argenteos, & quinq; stolas:
tanDEM misit vestium & pecunie patri suo.
Quapropter fratres larga frumentatione &
muneribus lati, sed insperato nuncio latiores
domum reuersi, omnia ut gesta erant patri ex-
ponuit. Ille reducēs filios patri pietate exoscu-
latus, vbi & Iosephum, quē diu multumq; lu-
xera: ac plausta: ac alia manera vidisset, tandem
etiam viuere percepisset, extensis in cœlū ma-
nibus vbertim flens, Deo gratias quas potuit
egit maximas. Incredibile videndi Iosephū in-
cesserat patrē desideriū, atq; eo plus, quo à filio
postulatū id acceperat: vnanimes igitur omnes
fratres cū parente coniugib; paruulis, & tota
familia, omniq; re pecuaria, ex Chanaanā in
Ægyptū migravere, prēmittēte Iacobo Iudam
ad Iosephū, vt occurreret in terra Gosen. Iose-
phus iuncto curru suo, aduentanti patri cū mul-
tis equib; obuiā proc̄ssit, & multa veneratio-
ne exceptit, videns filū, diutissime quē luxerat,
& desiderauerat senex, amplexus illum, fleuit,
dicens, se iam paratum ut moreretur, dū vidis-
set faciem viuentis Iosephi. Ceterum Iosephus
fratres & patrem instituit, quibus verbis, quo
pacto regē compellarent de habitibili aliquo
concedēdo loco. Et ipse similiter Pharaonem
accessit, nuncians parentem senio confectum,
deinde fratres omnes pecuariæ rei studiosos
aduentasse. Perduxit etiam patrem ad Pha-
raonem quem humaniter suscepit, ioga-
tus.

tusque, ut profiteretur longioris vita annos, trigesimum professorus dicitur & centesimum, testatus insuper maiores suos, ut Isaachum patrem & Abrahamum multo seniores extitisse. Miratus vehementer Pharaon longissimam viam spacia in Hebraea gente. Et imperauit Iosepho ut concederet optimam terram illorum pecoribus Gosen, & si qui comodi fieri possent Praefecti suorum pecorum, illos ad idem officii constitueret. Dedit igitur Iosephus patri & fratribus suis possessionem in Aegypto praestantissima cœli temperie Ramessene, & aluit omnes victu & frumentatione. Ex Aegypto autem & Chananæ magnam pecuniam luminam Iosephus corraserat pro frumenti, & annona venditione, quam æratio Regis inferebat. Vnde maximopere Regi & omnibus Principibus placuit. Deficiēte vero & precio Aegyptiis, tulerunt primo pecora, quæ pignoris vice retineret. Sicque maximos greges armentorum & omnium pecorum Regi comparabat. Cum autem sequenti anno perurgeret denuo famas obtulerunt Iosepho terram ad propriam possessionem, ipsis modo concederetur vesusfractus. Emit igitur omnem ferme terram Aegypti, & Pharaonis dirioni subiecit propriam, a nouissimis finibus adusque extremos, præter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat illis, ut quotidie sua inde perquireret cibaria. Ne tamen penitus bonorum possessione subdit

diti spoliarentur regii, largitus est semina frumentorum, ut consererent agros, & quintam soluerent partem Regi, vnde mos inoleuit ex eo tempore, usque in presentem diem, ut omnis terra Aegypti regibus, excepta sacerdotali, numeret quintam partem segetum.

Moriturus postea Israel pater, cum esset centum & quadraginta septem annorum, acerbitum Iosephum obnixe orauit, ut si viam vniuersae carnis ingressus esset, eum sepeliret non in Aegypto, sed ad patres suos, ubi Isaachus & Abrahamus humati iacerent. Quod Iosephus iuramento exhibito promisit. Constituit etiam duos filios ad patrem, Manassem & Ephraimum. Quibus parens bene precatur ante mortem. Cumq; desiderio Iosephi parens satisfacteretur manus imposuisse, minori quidem dextram, sinistram vero maiori natu; grauiter accepit Iosephus, & apprehensa dextra applicuit eam capiti Manassis. Sed pater se probe benedictionem parare afferuit. Furutum enim ut Manasses in populos magnos multiplicaretur, sed minorem, maiorem longe euasum. Et sic maiorem minori proposuit. Porro Iosepho dedit hereditatis loco partem, quam tulit de manu Amorae gladio & arcu, hoc est, quam emit pecunia sua, labore, & sudore. Ceteris fratribus sorte regiones contigere, huic autem Amorreorum regio. Insuper præclarissimam addidit benedictionem. Vita defun-

H. Etum

etum patrem maximo planxit luctu, adeo, ut in corpus eius exanguē irrueret flens, & exsclaretur, praecepitque medicis, ut aromatib. (ad fætorem remorandum, sicuti moris erat Ægyptiis) & balsamo condirent. Quod intra quadraginta diebus fieri oportuit. Fleueruntque cum Iosepho patris obitum Ægypti proceres & primates, post copia impetrata à Rege, deduxit patris funus ad agrum Ephron Hæthei, cum aula Pharaonis Satrapis. Et ex omnibus quæ parenti iurauerat nihil omisit, sed in speluncam duplēm sepeliri illum fecit. Inde reuersus est in Ægyptum cum fratribus, & comitatu suo. At fratres Iosephi, mortuo patre veriti, ne tum primum vltionem pararet, in cædem, cui ipsum aliquando destinassent, conuenerunt eum, ne sequitiam in se exerceret propter flagitium commissum. Quibus Iosephus auditis, flere cum illis cœpit, & veniam, cum bona pro malis accepisset à Domino, dedit. Adhac pollicitus se parulos eorum, & universam alturum familiam, modo tranquille & pacifice mutuo viuant. Vedit filios Manassis, qui nati sunt in genubus eius, & filios Ephraim ad tertiam vique generationem. Euolutus autem in ætate sua centum & decem annis, appropinquauit finis vitæ, & ante quam moreretur, fratres orauit, ut & corpus suum ad maiorum, discessuri ex Ægypto, sepulchreta deferrent. Quod fratres promiserunt & post obitum

obitum conditum aromatibus, posuerunt eum in loculum in Aegypto. In Sichem tamen quidam asserunt ossa eius asportata, & Mausoleum ibi conspici, quod D. Hieronymus suo se vidisse scriptis seculo. Moyses ex Aegypto, certo ut constat, ossa Iosephi tulit, propter Iuramentum, quod fecerant fratres. Fuit is, ut paucis dicam, verissimus vates, sanctissimus Doctor, optimus Princeps, suæ gentis ornamentum, alienæ firmamentum. Christi inter latrones imago in carcere, & mox eiusdem resuscitati, in dignitate, Reges Israelis, qui tenuerunt Samariam, è stemmate ipsius sunt prognati.

TESTAMENTVM IOSEPH, DE
Castitate & fraterna dilectione.

Transscriptum testamentum Ioseph cum moriturus erat, vocans filios suos, & fratres suos, dixit eis: Filii mei & fratres, audite Ioseph dilectum ab Israel, auribus percipite filii patrem vestram: Ego scui in vita mea inuidiam & mortem, quibus me fratres mei perdere volebant. Oderunt enim me, & Dominus dilexit me. Ipsi voluerunt occidere me, & Deus patrum meorum custodiuist me. In lacum me miserunt, & altissimus reduxit me. Venditus sum in seruum, & Dominus liberum me fecit.

H 2 In

In captiuitatem assump tus sum, & fortis manus eius adiuuit me. In fame deten us sum, & ipse Dōminus nutriuit me. Desolatus eram, & Deus consolatus est me, in infirmitate erā, & altissimus visitauit me. In carcere erā & saluator latificauit me. In vinculis derinebar, & soluit me Dominus. Ita accusationibus Ægyptiorum ipse causam meam egit, & libravit ab inuidia & dolo & exaltauit me, quod etiam Phocimarus princeps coquorum Pharaonis credidit mihi domum suam. Et periclitatus sum de vita mea propter mulierem inuenerem undam, sollicitantem, ut iniqua agerem cum ipsa, flammalibidinis estuante circa pectus illius. In carcerem coniectus sum, verberibus cæsus & subfannatus. Fecit autem Dominus, ut misericordia commotus sit erga me custos carceris. Nō enim derelinquit timentes eum, non in tenebris, nec in vinculis, nec in ullis tribulationibus vel necessitatibus. Non enim ut homo confunditur Deus, neque ut filius hominis formidat, neque ut terrenus pauore concutitur vel repellitur. In omnib. vero locis præsens est, & in grauissimis malis consolatur suos. In brevi recedens ad probandum animi consilia. In deinceps temptationibus probatum me deprehendit, & in omnibus longanimis fui, quoniam magna medicina est longanimitas, & multa bona dat sustinentia. Quoties Ægyptia minata est mihi mortem? quoties pœnis tradens, re-

uoca-

uocauit me mulier : quoties mortem minata
 cum recusarem, rem habere cum ea ? Dicebat
 autem mihi : Dominaberis mihi & omnibus
 quæ meas sunt, si tradideris te ipsum mihi, atque
 gesseris morem mihi, & eris dominator no-
 stri. Ego vero recordatus sum sermonum pa-
 tris mei Iacob, & ingrediens in thalamum, ad-
 oraui Dominum, & ieunuai septem annis, ap-
 parui autem Ægyptio ea corporis habitudine,
 quasi qui in delitiis vixisset, quoniam propter
 Deum ieunantes faciei gratiam accipiunt.
 Cumque dabatur mihi vinum, non bibebam.
 Et in triduano ieunio accipiebam meam die-
 tam, & tribui eam egenitibus & infirmis. Et
 mane euigilauit ad Dominum, & fleui pro mē-
 phitica Ægyptia, quoniam multum & indesi-
 nenter molesta erat mihi. Noctu enim venit
 ad me quasi quæ me inuisere vellet, & primo
 quidem, quoniam filius masculus non erat ei
 sinebat habere me ut filium. Et orauit ad Do-
 minum, ut daret illi matrem. Per hoc tempus
 autem ut filium me amplexa est, & ego ignora-
 bam. Denique me ad fornicationem attrahē-
 bat, & intelligēs tristatus sum usq; ad mortem
 & exēute ipsa, redii ad me ipsum, & tristabar il-
 lius causa per dies multos ; quoniam cognoui
 dolum eius & errorem. Et dicebam ei verba al-
 tissimi : Si forte auerteretur à concupiscentia
 sua pernicioſa. Multoies ut sancto viro in ver-
 bis blandita est mihi, non sine dolo laudans ca-

H 3 stita-

titatem meam coram marito, qui penitus extinguebat me volebat. In manifesto & abscondito dixit mihi: Ne timeas tibi à viro meo. Etenim persuasum est ei de castitate tua, quoniam & si dixerit aliquis ei de nobis, non credet. Propter hæc omnia in terra iacebam ego indutus facco, & deprecabar Dominum, ut liberaret me Dominus ab Ægyptia. Vbi vero nihil potuit efficere hac via, venit denuo aliis instructa rationibus, videlicet, ut disceret Verbum Dei ex me, atque in hunc modum cœpit loqui. Si vis ut relinquam Idola, obtempera mihi, & Ægyptium persuadebo recedere ab idolis, & in lege Domini Dei tui ambulabimus. His ego respondi: In immunditia non vult Dominus esse venerantes ipsum, neque in adulterantibus beneplacitum est ei. Et illa siluit, desiderans expiere concupiscentiam suam. Et ego apponebam orationem & ieunium, ut liberaret me Dominus ab ipsa. Rursus vero alio tempore dicit mihi: Si adulterare non vis, ego occidam Ægyptium, & ita lege accipiam te in virum. Ego autem ut audiui hoc, scidi stolam meam, & dicebam: Mulier pudeat te quæso horum coram Deo & time Dominum, neque facias tantam perniciosam rem, neque desperes omnino, ut teipsum deuoreas malo. Nam si pergas ego proferam cogitationes impietatis tuæ. Timens igitur illa, rogabat, ut nulli annunciareret malitiam eius, &
 regessit

recessit. Iam vero tentabat seducere me dominus, mittens mihi omnia quæ sunt in usum filiorum hominum, & misit mihi cibum incantatione conspersum. Et ut venit Eunuchus fensis ipsum, respexi, & vidi virum terribilem tradentem mihi cum disco gladium. Et intellexi, quoniam insidias struerent animæ meæ, exente illo flebam, neque illum neque alium aliquandiu ciborum ipsius gustans. Post unum ergo diem, ipsa veniens ad me inquit: Quid hoc est, quoniam non comedisti de cibo? Et dicebam ad eam, quoniam impletum illum morte, scias autem, quoniam non approxim quo Idolis, sed Domino solo. Nunc igitur cogasce, quoniam Deus patris mei per angelum reuelauit mihi malitiam tuam, & seruavi cibum in redargutionem tui, si forte videns illum peccit, aut discas quoniam his qui in castitate Dominum venerantur, non præualeat malitia impie agentium. Et accipiens coram ipsa comedendi, dicens: Deus patrum meorum & Angelus Abraham erit mecum. Illa vero cecidit in faciem suam ad pedes meos & fleuit. Et erigens illam mulier, adhortatus sum ipsam, & promisit se non esse facturam post hac amplius impietatem hanc. Quoniam vero cor ipsius in me exarserat ad adulterium ingemiscens, suspiria trahens ab imo pectore deiecit vultum. Videns vero eam Ægyptius dicit ad eam: Quid concidit facies tua? Illa vero dixit:

H 4 D.

Dolore cordis ego doleo, & gemitus spiritus
mei continet me. Et curabat eam non ægro-
tantem. Tunc insiluit ad me adhuc foris exsi-
stente viro suo, & dicit mihi: Suffocor, vel in
puteum, vel in præcipitium proiicio meipsam
nisi mihi obtemperaueris. Et intelligens quo-
niā spiritus Beliar ipsam conturbat orans
Dominum, dixi ei: Ut quid turbaris, aut quid
tumultuaris in peccatis excæcata? Recordare,
quoniam si occidas teipsam, Sechon concubi-
na viri tui iuaidens tibi, colaphos infringet fi-
lliis tuis, & perdet memoriam tuam de terra. Et
dicit ad me: Eya age video quod adhuc aliqua
tibi mei cura relicta est. Satis habeo quod pro-
tegis vitam meam & filiorum meorum, bona
me spes habet futurū, ut potiar desiderio meo.
Et nō cognovit, quoniam propter Deum meū
dixi ita, & non propter ipsam. Si enim aliquis
passioni succumbat desiderii pernitosi, huic
seruus efficietur, ut & illa. Et si bonum aliquid
audierit in passione qua vincitur, accipit illud
ad desiderium pernitosum. Dico vobis filii,
quoniam hora erat quasi sexta, quando exiuit
a me, & ego genu flectens oraui ad Dominum
per totum diem & totam noctem coniungens.
Circa diluculum surrexi lacrymans, ut libera-
retur tandem Ægyptia. In fine igitur apprehē-
dit mea vestimenta violenter, attrahens me ad
concupitum. Ut igitur vidi, quoniam insani-
get violentia, ac vi teneret vestimenta mea, nu-
dus

dus effugi. Illa vero calumniata est me apud vi-
rum suum, qui misit me in carcerem, qui erat
in domo regis. Sequenti die, ubi flagris pro-
be cælus fueram, rursus coniectus sum in
carcerem. Et cum vincitus iacerem in com-
pedibus, Ægyptia infirmata est nimio do-
lore, & auscultabat, qualiter laudarem Do-
minum, existens in domo tenebrarum. E-
go autem hilari voce gaudens, glorificauit De-
um meum solum, quod per hanc occasionem
amquebar ab Ægyptia, ipsa tamen non desti-
tit instare ac dicere: Age accipe conditionem
quam offero tibi, ac imple desiderium meum,
& liberabo te à vinculis, & eripiam te ex tene-
bris. Verum usque adeo nihil potuit persuad-
ere mihi, ut ne cogitatione quidem in vota e-
ius fuerim inclinatus. Diligit enim Deus ma-
gis eum qui in lacu tenebrarum ieunat in ca-
stitate, quam eum qui in thalamis deliciatur
cum luxuria. Qui autem in castitate viuit, &
vult gloriam, & si nquerit alijssimus quod ex-
pediat, tribuit ei & hoc, quemadmodum & mi-
hi. Multoties infirmata descendit ad me im-
mature, & audiuit vocem mei orantis & acrius
instabat. Intelligens vero ego suspiria eius si-
lui. Etenim quum eram in domo eius, nuda-
uit brachia sua, pectora & tibias quo me in a-
morem sui accenderet, nimis enim erat pul-
chra, maximeque ornata ut me deciperet, sed
Dominus custodiuit me ab operationibus i-

H s psius.

psius. Videte igitur filii mei, quanta operatur
fus tinentia & oratio cum ieiunio. Et vos igitur
si sobrietatem & castitatem dilexeritis in fu-
tinentia & humilitate cordis, Dominus habi-
tabit in vobis, quoniam dilexit sobrietatem.
Vbi vero habitat altissimus, & si incidat in in-
uidiam vel seruitutem vel calumniam, Domi-
nus qui in ipso habitat, non solum propter ca-
stitatem hunc à malis liberat, sed exaltat quo-
que & glorificat ipsum sicut & me. Omnino e-
nim hic vel in opere, vel in verbo, vel in cogi-
tatione continetur. Cognoverunt fratres mei,
qualiter dilexit me pater meus & non exalta-
tus sum in corde meo, quamuis puer existens
habebam timorem Dei in mente mea. Senui
& moderabar meipsum, & honorabam fratres
meos quos timebam. Silui venditus, ut non
dicerem Ismaelitis genus meum, quoniam fi-
lius eram Iacob viri magni & potentis. Et vos
igitur habete in actu vestro Dei timorem, &
honorate fratres vestros. Omnis enim qui fa-
cit legem Domini, diligitur ab ipso. Veniens
enim ad Indoculitas cum Ismaelitis interro-
gabant me, & ego dicebam, quoniam seruus
ipsorum sum ex domo, ut non confunderem
fratres meos. Dicit autem maior eorum: Non
es seruus, quoniam & aspectus tuus ostendit
de te, & minatus est mihi usque ad mortem. E-
go vero dicebam, quoniam seruus ipsorum
sum. Ut autem venimus in Aegyptum, de me

de-

decertabant quis ad thesaurum acciperet me,
& placuit omnibus ut essem in Ægypto apud
negociatorem negotiationis ipsorum usque
quo reuerterentur ferentes negotiationem, &
dominus dedit mihi gratiam in oculis nego-
ciatoris, & credidit mihi domum suam, & be-
nedixit eum Dominus in manu mea. Et dedit
Dominus ei copiam argenti & auri. Et eram
cum ipso mensibus tribus & diebus quinque.
Hoc tempore traxiuit Memphitica mulier Pe-
thebris in gloria multa, & iniecit super me ocu-
los suos, quoniam dixerant ei eunuchi de me,
& dicit viro suo de negotiato, quoniam dita-
tus esset in manu iuuenis cuiusdam Hebræi, &
dicebant quod furto furati essent eum de ter-
ra Chanaan. Nunc ergo fac cum eo iudicium,
& aufer iuuenem in dispensatorem tuum, &
benedic te Deus Hebræorum, quoniam gra-
tia ex cœlo est in ipso. Pethefris vero perclusus
verbis ipsius, iussit adduci negotiato, & di-
cite ei: Quid hic audio, quoniam furaris animas
ex terra Hebræorum in pueris vendendis? Ca-
dens igitur negotiato in faciem suam, roga-
bat dicens: Rogo te Domine, non noui quod
dicis. Ille vero dicit: Vnde igitur tibi iste puer
Hebræus: Et dixit: Ismael ita commendauebit
mihi ipsum, usquequo reuertantur. Et non cre-
didit ei, & iussit flagellari ipsum. Sustinente ve-
ro eo, dicit Pethefris. Adducatur iuuenis & in-
ductus adorauit principem eunuchorum. Tertius
enim

enim erat in dignitate apud Pharaonem, princeps omnium eunuchorum habens vxorem & filios & concubinas. Et cum me seorsum duxisset, dixit mihi: Seruus es vel liber? Et dicebam: Seruus. Et dicit ad me. Cuius es seruus? Et dixi ei: Ismaelitarum. Et rursus dicit mihi: Qualiter ipsisorum effectus es seruus? Et dicebam: Quoniam ex terra Chanaan emerunt me Ille vero non credidit, dicens: Sane mentiris. Et nudum iussit me flagellari. Memphitica vero vidit per fenestram flagellatum me, & mittit ad virum suum, dicens: iniustum est iudicium tuum, quoniam ut furatum liberum punis iniuste agentem. Vbi autem non mutavi verba, denuo flagellatum iussit custodiri me, usquequo veniant (ait) domini pueri. Et vxor eius dicit ad eum: Propter quid detines captiuum & nobilem puerum, quoniam oportuit magis dimitti cum atque te flagellari? Voluit enim me videre in desiderio peccati, ignorabam de omnibus his. Ille vero dixit ad Memphiscam: Non est honestum apud Aegyptios ante ostensionem auferri aliena, hoc dixit de negotiato, & de me quando debui inclusas teneri. Post viginti vero & quatuor dies venerunt Israelitae, & audientes quoniam Iacob pater meus tristatur de me, dixerunt ad me. Quid est quod dixisti te ipsum seruum esse, & ecce cognouimus, quoniam es filius viri magni in terra Chanaan, & tristatur pater tuus in sacco. Et rursus

rurus volui lacrymari, & cōtinui me ipsum, vt non confunderem fratres meos. Et dixi ego: Istud non noui, seruus sum. Tunc inibant consilium quo me venderent, ne inueniret in manib⁹ eorum. Timuerunt enim Iacob, ne vici sceretur se de ipsis. Auditum est enim, quod esset magnus apud Deum & homines. Tunc dicit négociator eius: Redimite eum nunc à iudicio Péthefri. Audientes igitur petebant me, dicentes: Quoniam argento emptus est à nobis, & ille absoluīt me. Memphitica vero ostendit viro suo, vt emeret me: Audio enim (ait) quoniam vendunt eum. Et misit eunuchus ad Ismaelitas, petiit me in venditionem, & non volens facere cūm eis reuersus est. Eunuchus vero cum tentasset, ostendit domin⁹ quoniam ingens petiuerit pretium pueri. Illa vero misit alterum eunuchum, dicens: Etsi duas minas auri penuerit vide ne parcas auro, tantum emas puerum, & duc ad me. Ille vero dedit octoginta aureos pro me. Centum dicens Ægyptiaē datos esse pro me. Et videns ego silui, vt non exquireretur eunuchus. Videte filii quantita sustinuit, diligite adiuvicem, & in longanimitate eiicite ad iuvicem ex animo simillantes. Delectatur enim Deus de concordia fratrum, & in electione cordis probati in dilectione. Quando autem venerunt fratres mei in Ægyptum, & cognoverunt me, reddidi argentum eis, & non exprobraui quidquam illis,

illis, sed & cōsolatus sum eos. Et post mortem
Iacob abundantius dilexi eos, & omnia quęcū-
que iussi feci ex abundantia. Et admirabantur.
Non enim dimisi eos tribulari vsq; ad paruam
rein. Et omne quod erat in manu mea eis dedi:
filii eorum, filii mei apud me habiti sunt. Et filii
mei, vt serui eorum. Anima eorum anima
mea, & omnis dolor eorum, dolor meus: & o-
mnis infirmitas eorum, infirmitas mea: Terra
mea, terra eorum: consilium meum, consilium
eorum. Et non exaltaui me ipsum in eis in su-
perbia propter mūdanam gloriam meam. Sed
eram in eis sicut unus minorum. Si igitur & vos
ambuletis in mandatis Domini filii mei, exal-
tabit & vos Dominus, & benedicet vobis in
bonis perpetuo. Et si voluerit quis malefacere
vobis, vos in benignitate orate pro eo, & ab o-
mni malo liberabimini per Dominum. Ecce
enim videtis, quoniam propter longanimita-
tem filiam dominorum meorum accepi in v-
xorem, & centum talenta auri mihi data sunt
cum ea. Quoniam eos Deus mihi seruire fecit,
& pulchritudinem dedit mihi, vt quasi flos su-
per pulchros forem in Israel. Et custodiuist me
vsque ad senectutem in virtute & pulchritudi-
ne, quoniam ego similis in omnibus Iacob ex-
titeram. Audite filii mei & quæ vidi somnia.
Duodecim cerui pascebantur, & nouem diuisi-
sunt & dispersi in terra. Similiter & tres vidi,
quoniam ex Iuda nata est virgo, habens stolam
by
tus
bef
cit
&
te
m
da
ni
sa
ei
M
ap
E
D
n

byssinam, & ex ipsa prodiit agnus immaculatus. Et a sinistris eius agni ut leo, & omnes bestiae impetum fecerunt aduersus eum. Et vicit eas agnus, & perdidit in conculationem, & gaudebant in eo angeli & homines & omnis terra. Hæc autem sicut in tempore suo in ultimis diebus. Vos igitur filii mei custodite mandata Domini, & honorate Iudam & Leui, quoniam ex ipsis orietur vobis agnus Dei, gratia saluans omnes gentes & Israel. Regnum enim eius, regnum æternum, quod non præteribit. Meum enim regnum in vobis consumatur, ut pomorum custodia, quoniam post messem non apparebit. Noui quoniam post mortem meā Ægyptii tribulabunt vos, sed Deus faciet ultionem vestram. Et inducit vos in reprobationē patrum vestrorum. Sed comportate ossa mea vobiscum, quoniā si reduxeritis ossa mea, Dominus in luce erit vobiscum contra Ægyptios. Et Beliar in tenebris erit, cum Ægyptiis. Et Zelpham matrem vestram reducite, & prope Ballam iuxta hypodromum proximam Rachel ponentes eam. Et hæc dicens, extendens pedes suos, dormiuit somnum secularem. Et planixerunt eum omnes Israel & omnis Ægyptus planctu magno: Etenim & Ægyptiis, ut prius membris compassus est, & bene fecit omni tempore, omni consilio & re assistens.

D

DVODENARIUS L.
DE IOSEPHO,
EPIGRAMMA.

Hunc dilecta dedit primus experta labores
 Difficilis partus, illa venusta Rachel.
 Fratribus est cunctis pralatus, sceptra gubernant
 Pharonis Regis. Vir pius ille fuit.
 Fugit adulterium, tantos hinc natus honores
 Ut fieret princeps principis ille sui.
 Fratres & patrem fousit benefacta deditq;
 Plurima, cum miseros frangeret atra famas.

DE BENIAMINO, XII. PA-
 triarcha.

Minimus natu filiorū Israel & Patriarcharum. Cæteri omnes in Mesopotamia apud Labanem in Haram progeniti fuere. Solus hic in terra quæ dicit Ephraamat versus cum patens reuersurus esset ad natale solum, natus est, Anno mundi 2215. ex matre Rachele, quæ propter illum in partus difficultate dimidio obiit. Antequam autem moreretur, indidit nomen Benoni, quod interpretari posses filium doloris mei, quod imminente morte & dolore peperisset eum. Parenis vero Beniamum, vocauit, quod filium dextre significat. Amauit hunc plurimum Israel senio confessus, sicut fratrem

fratre etiā Iosephum. Eō namque detento in
 Agypto, & Præfectum anthonæ agente, ceteris
 fratribus proficiscentibus concedere no-
 luit, vt comitaretur, ne forte vt alter periret,
 veruntamen cum necessitas tandem vrgerer,
 ruptum est amoris vinculum, & ægre comitari
 permisit. Iosephus præpotens apud Agyptios,
 cum vidisset fratrem vterinū, præ nimio gau-
 dio flere cœpit. Attamen ne agnosceretur, se
 continuit. Ceterum, vt secum retinacret puerum, & experiretur fratum in puerum affec-
 tus, meditatus consilium, quo animo conce-
 pta perficeret; Abituros igitur fratres (quibus
 omnem pro frumento pecuniam reddiderat)
 vt, quod minimi natu argenteum scyphum
 sarcinæ imponi fecerat, regii equites in seque-
 rentur, mandat, retraherentque ceu furti con-
 sciens herilis cyathī. Regii equites mandato
 morem gerentes continuo, cum in petum in
 illos fecissent, & sarcinis reuolutis apud Ben-
 iamini herilem repertissent cyathum, ipsum
 velut ad supplicium retraxerunt. Hic fratres
 longe aliter quam in Iosephum se geslere. O-
 mnes enim recta flebili voce & lamentatione ad
 fratrem pœnae eripiendum secuti sunt. Iosephus
 cū vidisset fratrum gemitum, & genuinū in pue-
 rū affectum, flebilesq; preces, te Iosephum o-
 mnibus arbitris semotis aperuit. Insuper lau-
 davit affectum pium, quem in fraterculum
 conspexerat. Donauit etiam Beniaminum tre-

I centis

Dyogenariys I.

339

centis argenteis, cum quinque stolis opūmis.
 Habitauit cum cæteris fratribus & parente ad
 Josephum profectus in Ægypto. Dece habuit
 fratres, qui sunt Bela, Bechor, Asbel, Gera, Naa-
 niā, Iechri, Techros, Resemophilus, Ophin, &
 Ared. Inculpabilis vir fuit virtus, & licet infimus
 natiuitate, tamē largissima multitudo ex illius
 tribu descendit. Bene precatus est illi pater, ut
 rehquis, ac vaticinatus futuram eius posterita-
 tem lupum rapacem, qui mane conuecturus
 prædam & vesperi diuisurus sit spolia; Quod
 nonnulli ad Saulum prium Regem Hebreo-
 rum, deducunt, quidam ad ciues Gaabanites, a-
 bli eriam ad Apostolum Paulum, qui ex hac pro-
 genitus fuit tribu. Moyses illum amantissimū
 Domini vocat, qui confidē er in eo habiturus
 & qui in thalamo eius totam diem moraturus
 sit. Quod quidam intelligunt, dum habitauit
 inter tribum Iuda & Ephraim utramq; regiam
 & potentem. Deinde templum habuit in sua
 tribu, ob quam causam nō iniuste *dilectus De-*
mī nominatur à Moysi. Posteri Bēiamitæ
liquando propter libidinem pene interneccio-
nē deleti fuerūt. In ea tribu hospitium habue-
runt in Mispa Samuel, in Anathoto Ieremias
in Ciriathahalah Zacharias. Eiusdem tribus a-
lumni, præter eos quos supra dixi. Ehudus, ter-
tius à Iosua princeps, & Mardochæus aulicus
Assyrius fuerunt.

TE.

TESTAMENTVM BENIAMIN,
de menter mundis.

Transcriptum verborum Beniamin, quæ
disposuit filiis suis, viuens annos centū vi-
ginti. Et osculans eos dixit, Sicut Isaac centesimo
anno natus est Abraham, ita & ego Iacob.
Quia igitur Rachel mortua est cum pareceret
Iac non habui, Ballam igitur ancillam eius su-
xi. Rachel postquam enim peperit Ioseph duo
decim annis sterilis fuit. Et oravit Dominum
cum ieiunio duodecim annis, & concipiens
peperit me: valde enim pater meus dilexit Ra-
chel. Et optauit duos filios videre ex ipsa, pro-
pter hoc vocatus sum filius dierum vel luctus,
quia mater in partu mortua est, quod est Ben-
iamin. Quoniam igitur intraui in Aegyptum,
& recognovit me frater meus Ioseph dixit mihi.
Qui dixerunt patri meo, quoniam viderem
runt me. Et dicebam ei: Quoniam consperse-
runt tunicam tuam sanguine. Et mittentes di-
xerunt. Cognosce si tunica filii tui est ista. Et
dicit mihi etiam frater. Et enim quando acci-
piebant me Ismaelite, vobis ex eis exuens me
tunicam, dedit mihi perizoma. Et flagellas me,
dixit ut currerem. Cum vero abiret ipse, ut ab-
sconderet vestimentum meum, obuiavit eile
& occidit eum. Et ita participes timentes ven-
dunt me sociis suis. Et vos igitur filii mei diligite
Dominum Deum coeli, & audite mandata.

I a — eius,

eius, imitantes bonum & sanctum virum Ioseph. Et si mens vestra in bonum, vt & me nostis. Qui habet mentem bonam, omnia respicit recte. Timete Deum & diligite proximum. Et si spiritus Beliar in omnem malitiam tribulationis sollicitauerit vos, non dominabitur in vobis omnis malitia tribulationis, sicut nec Ioseph fratri meo. Quot homines voluerunt occidere eum, & Deus protexit? Qui enim timet Deum, & diligit proximum suum, ab aereo spiritu Beliar non potest vulnerari. Et protectus timore Domini, & ab insidiis hominum & bestiarum non potest subiugari adiutus a Domini dilectione, quam habet erga proximum. Etenim deprecatus est patrem nostrum Iacob, vt oraret pro fratribus nostris, & non imputaret eis Dominus, si quid excogitauerit perniciosum de ipso. Et ita clamauit Iacob: O fili Ioseph, vicisti viscera patris tui. Et amplexans eum, per duas horas osculabatur eum, dicens: Adimplebitur in te prophetia coeli de agno Dei & saluatorē mundi, quoniam immaculatus pro iniquis tradetur. Et qui sine peccato est, pro impiis morietur in sanguine testamenti, in salutem gentium & Israel, & euacuabit Beliar & ministrantes ei. Videte filii, boni viri finem, imitamini in bona mente misericordiam ipsius, vt & vos coronis gloriae induamini: bonus homo non habet tenebrosum oculum. Miseretur enim omnibus, etiam si sint pecca-

peccatores, & inierunt consilia de ipso mala.
 Nam qui benefacit, vincit malum protetus à
 bono. Iustos autem diligit, ut animā suam. Si
 quis glorificatur, non inuidet. Si quis ditatur,
 non relat. Si quis fortis est, hunc laudat, castum
 et edens laudat eum, qui habet timorem Dei,
 protegit. Diligenti Deum cooperatur. Repro-
 bantem altissimum admonet ut conuertatur.
 Et habentem gratiam spiritus boni diligit se-
 cundum animam suam. Pauperi miseretur, in-
 firmo compatitur, Deum laudat & veneratur.
 Si habeatis bonam mentem filii, & mali homi-
 nes pacificabuntur vobis, & luxuriosi erube-
 scentes vos conuertentur in bonum. Et auari
 non solum recedant à passione, sed quæ super-
 abundant, dabunt tribulatis. Si sitis benefaci-
 entes, & immundi spiritus fugient à vobis, &
 ipsæ malæ bestię fugient à vobis timentes. Vbi
 enim est timor honorum operum in mente,
 tenebrae fugiunt ab eo. Si enim iniurietur quis
 viro sancto, pœnitet. Miseretur enim sanctus
 iniurianti & filiet. Et si quis animam iustum
 tradat, & iustus orauerit, non nihil humiliatur
 is qui facit iniuriam, & postea multo clarior
 apparet, qualis etiam factus est Joseph frater
 meus, confilium boni viri non est in manu spi-
 ritus erroris Beliar. Angelus enim pacis ducit
 animam ipsius. Non aspicit in passionibus cor-
 ruptibilia, neque congregat diuitias in deside-
 riis voluptatis. Non delectatur voluptate: non

contristat proximum, non impletur cibo, non errat fastu oculorum, Dominus enim pars est eius. Propter bonum consilium non recipit gloriam, in honorationem hominum non curat, & omnem dolum vel mendacium, pugnat vel contumeliam non nouit. Dominus enim in eo habitat, & illuminat animam eius, & gaudet coram omnibus in omni tempore. Bona mens non habet duas linguas benedictionis & maledictionis, iniuriæ & honoris, tristitia & gaudii, quietis & turbationis, simulationis & veritatis, inopiz & diuinitarum. Sed una habet circa omnes sinceram & puram dispositionem. Non habet visum nequie auditum duplensem, in omni enim quod facit, vel loquitur, vel videt, nouit quoniam Dominus visitat animam eius, & purgat mentem eius, ut non reprehendatur a Deo & hominib. Sed omne opus Beliar, duplex est, neque habet simplicitatem. Propter hoc filii mei fugite malitiam Beliar, quoniam gaudium dat obedientibus ei, gladius autem semper Beliar. Est autem primum inuidia, secundum perditio, tertium tribulatio, quartum captiuitas, quintum indigentia, sextum turbatio, septimum desolatio, propter quod & Cain septem vindictis trahitur a Deo. Nam secundum septem annos unam plagam induxit ei Dominus. Dacentis anni patitur & nōgentesimo anno desolatur in diluvio propter Abel iustum fratrem eius.

ius. In septingentis annis Cain iudicatur, La-
 mech vero in septuagesimam septem, quoniam us-
 que in seculum assimilati Cain in inuidia in o-
 dium fraternalm eadem punitione vindicabu-
 tur. Et vos igitur filii mei fugite malitiam, inui-
 uidiamque & odium fraternalm, & adhuc rete bo-
 nitati & dilectioni. Qui habet mentem puram
 in dilectione, non videt mulierem in fornicationem. Non enim habet iniquinationem in cor-
 de, quoniam requiescit in eo spiritus Domini.
 Quemadmodum enim sol non inquinatur at-
 tingens gurgite, vel stercus, sed magis siccatur &
 abigit factorem, ita & pura mens in inquinati-
 onibus terrae contendat, ut magis edificetur, ipsa
 vero non inquinatur. Intelligo autem ex sermo-
 nibus Enoch iusti, & actus in vobis malos fo-
 re. Fornicabimini enim fornicatione Sodo-
 morum, & peribitis usque ad paucos, & renon-
 uabitis in mulieribus motus inordinatos, & re-
 gnum Domini non erit in vobis, quoniam co-
 fessum ipse accipiet illud. Veruntamen in parte
 nostra fieri templum Dei, & gliosum erit in vo-
 bis. Quoniam ipse Dominus accipiet regnum, &
 duodecim tribus illic congregabitur, & omnes
 gentes, usquequo altissimus mittat salutare suum,
 in visitatione unigeniti. Et ingredietur in pri-
 mun templum, & illic Dominus iniuria patietur, &
 conteneretur, & in ligno exaltabitur. Et erit velut
 tectum scissum, & descendet spiritus Domini super
 gentes, ut ignis effusus. Et ascendet ex inferno,
 ascendet a terra in celum. Recordabitur

I 4 quam

quam fuerit humilis in terra, & quam glori-
jus in cœlo. Quando autem Ioseph erat in Æ-
gypto, desiderabam videre speciem eius, &
formam aspectus eius. Et per orationes Iacob
patris mei, vidi eum in die vigilans, secundum
quod erat omnis species eius. Cognoscite igit-
ur filii mei, quoniam nunc morior. Facite igit-
ur veritatem & iustitiam vnuſquisque cum
proximo suo iudicium & fidei operationem,
& legem Domini & mandata eius custodite,
hoc enim vos pro omni hæreditate doceo. Et
vos igitur date hæc filiis vestris in possessionē
sempiternam. Hoc enim fecerunt Abraham,
Isaac & Iacob, omnia hæc dederunt nobis in
hæreditatem, dicentes: Custodite mandata Dei
vñque quo reuelet Dominus salutare suum o-
mnibus gentibus. Tunc videbitis Enoch, Noe
Sem, Abraham, Isaac & Iacob, resurgentēs à
dextris in exultatione. Tunc & nos resurge-
mus vnuſquisque in sceptrum nostrum, ado-
rantes regem celorum, qui in terra adparuit
in forma humanæ humilitatis. Et quotquot
crediderint ei in terra, congaudebunt ei tunc.
Et omnes hi quidem resurgent in gloriam, isti
vero in ignominiam. Et iudicabit Dominus
in primis Israel de ea, quæ in ipsum, iniustitia.
Quoniam in aduentū Deū in carne libera-
torē non crediderūt. Et tunc iudicabit omnes
gentes, quotquot non crediderunt ei in terra
apparenti. Et arguet in electis gentium, Israel,
quem-

quemadmodū redarguit Esau in Madmeis sed
centibus fratres ipsius per fornicationem &
Idolatriam. Et ab alienati sunt à Deo, excidē-
tes ab hæreditate filiorum qui non timent De-
um. Vos autem si ambuletis in sanctificatione
secundum faciem Domini, rursus habitabitis
in spe in me. Et congregabitur omnis Israel ad
Dominum, & non amplius vocabor lupus ra-
pax propter rapinas vestras, sed operator Do-
mini, tribuens cibum operantibus bonum. Et
suscitabitur ex semine meo in extremis dilec-
tus Domini audiens in terra vocem eius, co-
gnitionem notam, illuminans omnes gentes,
luz cognitionis, ascendens Israeli in salutem.
Et rapiens vt lupus ab ipsis, & dans synagogæ
gentium, & usque in consumationem seculo-
rum erit in synagogis gentium. Et in principi-
bus earum sicut musicum melos in ore omni-
um. Et in libris sanctis erit inscriptus, & opus
& sermo eius. Et erit electus Dei usque in secu-
lum, & propter ipsum instruxit me Iacob pa-
ter meus dicens: Ipse replebit defectus tribus
tue. Et vt implevit sermones suos, dixit: Man-
do vobis filii mei, referte ossa mea ex Ægypto,
& sepelite me in Hebron prope patres meos.
Et mortuus Benjamin centum viginti anno-
rum & quinque in senectute bona, & posue-
runt eum in thecam. Et in nonagesimo prima
anno ante exitum filiorum Israel, ex Ægypto
ipsi & fratres eorum, reduxerunt ossa patrum

I 5 suorum

138 DVO DEN. I. SANCT. PATR.

suorum in abscondito, in locum dictum Chanaan. Et sepelierunt eum in Hebron, iuxta pedes patrum suorum. Et ipsi reuersti sunt ex terra Chanaan, & habieauerunt in Ægypto, usq; ad diem exitus eorum de terra Ægypti.

DE BENIAMINO,

EPIGRAMMA.

*Nixibm a duris pregnatus matre necatus
Benniamin nomen dextra dolorq; dedit.*

DVO.





139
DVODENARIUS
SECUNDVS

DE DVODECIM PIIS RE-
gibus Hebraeorum.

DE DAVIDE, I. REGE PIO.

NASCITVR Dauid anno mundi
2860. cuius pater fuit Iesse, qui
& Isai, Obedis filius, ex Booso
& Ruthe geniti, vir simplex, ne-
que fama admodū nobilis, pie-
tate vero nulli comparandus. Innocētia igitur
& pietas in humanis, nō opes & nobilitas, Dei
exproudentia ex pastore Regem illum pro-
crearunt. Iustitiā enim amat cœli numen, per-
petuisque auget incrementis: Quæ quo humi-
liore produciur loco, eo sublimiore colloca-
tur. Sic Dauid licet ignobili natus & auo & lo-
co, regium tamen diadema & honorē adeptus
est sua pietate, & numinis benevolentia. Nea
ipse tātum Regia potitus dignitate, sed & filius
deinceps,

deinceps, & viginti ab eo procreat longa serie
his insignibus condecorati fuerunt. Quod ad
Regis electionem attinebat, pauit oves, dum
ad lessin patrem Samuel oraculo missus, vte-
ius filium Regem inungeret.

Cateri praesentes erant frates, Heliabus,
primogenitus, Aminadabus, Samma, & alii,
quibus omnibus à Propheta ciectis, Dauid in
urbem accersitur, quem Samuel confestim
annum agentem vice simu anno mundi 2880.
Regia ceremonia inuinxit, suis perhibetur
flavo colore, nec ingratu admodum conspe-
ctu, psalterii & hymnorum concinendorum
peritissimus. Quā Saulus fama impulsus, quo-
niam iam inde ex quo numinis iram incurre-
rat, malorum dæmonum incursu vexabatur.
doctus hymnicis cantilenis posse terrores dia-
bolicos leuari, adolescentem ad se vocari jussit,
omnium adhue que gesta fuerant in ynfione,
ignarus. Misit pater Dauidem cum asino pa-
nibus onusto, & vini amphorā, deinde caprum
ad Regis munere aliquo demulcendum ani-
mum: promptitudinem eius, animique soler-
tiam Saulus admiratus, vt armiger fieret, de-
mandauit. Nec multo post Philistæi rebella-
runt, ingentique armorum apparatu Israélita-
rum fines invaserunt. Vbi nec Rex Saulus in
mota, sed impigre cum suis contra hostes ca-
strametatus. Reuersus erat interea Dauid ad
penates pattios. Tum Philistæi generis vir
quidam

quidam inusitatæ magnitudinis, nomen erat
Goliad, immania gestas arma prouocauit He-
bræos ad certaminis monomachiam. Verum
quilibet ab eius aspectu abhorrens fugiebat, si
quando prodibat quispiam ad pugnam prouo-
caturus. Duravit ea prouocatio plures dies,
non sine Hebræorum rubore, qui tacita con-
fessione, se eo genere pugnæ victos fateri vide-
bantur. Cæterum tribus David s̄ fratribus cir-
ca Regem commorantibus, forte accidit ut is
cibaria in cæstra à parente deferret. Qui cum
inter suos versaretur, ecce Goliathus immanis
staturæ, dehinc in publicum solita egressus sta-
tione, Hebræos pro more cōuicis miris pro-
uocat, ad cuius vocem cum mœstum silerium
teneretur; David eam gentis contumeliam
haud ferendam ratus, apud fratres primo con-
questus est, cœpisse se impetum facere animo
in virum, si concedatur. Qua voce primo à fra-
tre primogenito & natu maximo Heliabō gra-
uitet reprehensus temeritatis causa, qua iuue-
nilem audaciam suam prodere, deinde à fa-
miliaribus cæteris quoque, qui eius prædica-
tionem nihil præter stultitiam, & temeritatem
iudicabant. Audax tamen illa illa professio, li-
cet inter suos spreta, ad Regem peruoluit. Et
si vero ætas, quæ adhuc infirma erat, nihil de se
arduum sperari finebat, adolescentem tamen
Rex accersit, erat enim ei notus. Hic laudata
ab eo indole, quam videretur ætatis vero in-
firmæ,

sumæ, noluit Rex eius adhuc annis certamen committere. Multa Dauid de diuino subfudio & prudentialia locutus, qui quo libitum esset, sum inclinaret victoriā: pericula insuper & certamina, quæ pene puer cum violētissimis feris subiūset, ordine explicauit. Leonem, inquit, adhuc ephebum agens, quum agnum ex patro grege direptum eripuisse, in me sœuentem, cauda arreptum humi primo afflixi, post comprehensum extinxī. Pari periculo vrsū interemī, idque non minori animo quam leonam. In quibus monstribus mactandis minime inficias eo, nisi cœlitus numinis auxilium persensisse, tam arduis certaminibus imparem me fuisse, crederem. Sic igitur & illam Bestiam Goliathum, quæ hic prouocat roties certamen, si expugnare conarer, minime quin diuino adiutus auxilio interficerem, in dubio versarer. Placuit Regi adolescentis præmatuра fortitudo, & animi promptissima dexteritas. Fecit itaque dimicandi potestatem. Amissigatur principio rex induit eum, quibus se vestiebat profecturus ad militiam. Dauid vero non assuetus, repudiatis regiis armis, pedo, funda, spato, & aliquot lapidibus electis instructus, ad hostem progreditur. Ibat Goliathus pariter ad pugnam, magna mole corporis ingens robur præ se ferens, armis etiam egregiis decoratus. Contra Dauid virunculus, & infirmo adhuc corpore, militaris rei impe-

peritus, nihil nisi predictis armis & numine
fretus aggressus pugnam. Et iam ambo in
conspectum comparabant. Goliathus veni-
entem conspicatus hostem, velut ad canes
propellendos fuste duntaxat instructum hor-
rende proclamat. Nec David immane corpus,
& proclamations exhorruit. Quinimo dimi-
cationi intentus, tubita funde excussione lapi-
dem in aduerbum misit hostem, qui in medi-
um capitis violenter incidens Goliathum
prostrauit. Ad quam ruinam ingens latitia
ex metu, qui nuper omnium animos exede-
rat, in Hebraorū castris exoritur. Contra in-
gēs tremor & pavor Philistæos espir, qui pas-
sim sine vlla serie diffugerunt David hostem
proprio. (carebat enim gladio) iugulauit en-
se, caput & ensen simul ad suorum defens
castra, hasta affixum, in trophyi speciem, an-
te sacram aram statuit. Placuit Regi fortissi-
mum Daudis factum, nec ut reuerteretur ad
pecora, sed militaret secum permisit.

Porro Ionathas filius Saulis maximo pro-
secutus amore Daudem, adeo, ut vestibus
exsutis ipsum donaret. Saulus vero inter pu-
ellares gratulationes, cantus & acclamatio-
nes ob nouam victoriam audiens. Daudem
decem percussisse millia virorum, Saulum
vero mille, grauiter succensuit, & maxima
prosecutus inuidia, Verebatur enim ne
sensum

sensim fauore populi ad Regiam se excluso, ei
ueheretur dignitatem. Quare vel perendum
statuit, aut per speciem militiae longe ablegan-
dum, eaque potissimum illi loca destinare, in
quibus haud dubie pateretur interitum. Inter-
ea coimpieriens filiam suam Micholam ab eo
deamari, & vicissim illam adolescentis concu-
bitum optare, puellæ nuptias Dauidi ea con-
ditione desert, si centum Philistæos interfecis-
set. Ita demum futurum, ut regiae puellæ nu-
ptiis potiretur, arbitratus dum aude nimis &
incaute in cædem rueret, subito aliquo impe-
tu imperfectum iri. Placuit Dauidi conditio,
ad bellum igitur paucis diebus post versus Ac-
caron egressus, cum iis qui additi fuerant, mili-
tes ducentos interemis Philistæos. Vnoque
prælio prospere defunctus, relatis hostium ca-
pitibus ad Regis solium Micholis filia Saulis
nuptiis potitus est, quæ Dauidem quampluri-
sum adamabat. Nec noua affinitas sacerum
genero, nec victoria bene merito duci regem
pacatiorem reddidit. Sed viræ regnoque timés
Saulus indies occulta adelescentem interimé-
di confilia moliri cœpit. Sed fato immutabili
factum est, ut Ionathæ Dauidem occidendi
ministerium deferretur. Qui contracta amici-
tia cum Dauide vehementer obrestatus, ut sibi
caueret à paternis insidiis, futurum namque,
nisi caute sibi prospiciat, breui, ut à fate litibus
patri trucidetur. Digreslus postea Ionathas
denuo

denuo ad Regem magnum nefas ratus; cum
qui de publica salute Hebræorum semel atque
iterum optime meritus esset, quem pater etiā
in generum sibi asciuisse, tradere neci. Quare
humanissime pro Dauide intercessit, obnoxie
rogans, ne tantum facinus moliretur de gene
ro suo, & probissimo homine interficiendo.
Quibus precibus filii Saulus ita mitigatur, ut
continuo priore consilio mutato, iureiurando
affirmauerit, omnia genero deinceps futura
tuta, & daturum se ad id operam, ut breui ille
sentiret æque ac filium à se amari. Per Iona
than igitur Dauid socero reconciliatus, haud
multis interiectis diebus aduersus Philistæos
cum nouo exercitu ablegatur: Erat enim Regi
dentiō charissimus, & ob id copias demanda
uerat. Rumor erat, omnes Philistæos instru
ctos bello, ut consererent manus cum Hebræ
is. Cæterum profectus David, Victoria non
minus feliciorē, obtinuit, quam priorem. Vi
ctis hostibus ingentis erat nominis. Recrude
scere ob hoc ipsum in generum cœpit Regis
inuidia ac furor.

Porro Saulus Dæmonum torquebatur crit
ciatu recenti, subito igitur Dauidem, ut psalle
ret, accepit. Qui ante Regem constitutus, ut
psalleret, vix absfuit, quin lancea, quam tum
manu tenebat, sic iauenis transfixus. Concidis
set haud dubie in ipsum Dauidem, nisi corpo
ris agilitate declinasset, & à numine protectus

K paries

paries i^tctum excepisset. Dauid animo prostratus ex Regia, domum se ad vxorem contulit, cuius opera (nam missi speculatores, qui eius limina insiderent, ne noctu elabi posset) in a^uersa ædium parte per fenestram ab uxore Michole filia Saulis dimissus est, & ad Samuelem in Ramatha profectus, ad quem Regis perfidiam, & inexpiablem inuidiae stimulum ingenti detulit querela. Verum ne in Ramatha ambo à Rege deprehenderentur, profecti sunt in Naioch. Nec multo post Saulus eo misit, qui Dauidem ad supplicium retraherent. Hi qui ad id missi fuerant, vbi ad Samuelis conspectum accesserunt, diuino afflato mandatorum Regis obliti prophetæ meditationi operam nauarunt. Dein qui secundo loco missi, quique tertio, eorum qui rex iniunxerat obliiti, vaticinio sese dediderunt. Tum Saulus ira exæstuans cum ingenti comitatu ad insidianum Dauidi occurrit, vbi post Samuelem similiter inspectum ytidici spiritu illuminatus est.

Dauid interim arbitratus regem nihilo pⁱcationem in se futurum, consilio cum Ionatha prius communicato, ne per speciem conuiuii cum socero congregari cogeretur, arctiore locum, neque Ionathæ ignotum, petiit tantisper ibi commoraturus, donec per eum exploratum haberet, quo Rex in se foret animo. Postridie Saulus inito conuiuio, vbi generum loco abe-

se co-

secognouit, cur non adesset ibi percōtatus, Iōnathas (ita enim inter eos pactum erat) à tribu-
libus suis ad solenne, inquit, sacrum vocatus
meo permisso hinc profectus est. Rex suspectū
habens filium, execratus Dauidem absentem,
& Iōnathan amarissimus aggreditur, nunc
impudicæ mulieris natum, nunc patris prodi-
torem, nunc omnium scelerum authorem,
post ira furibundus Iōnathan, Dauidem excu-
fare paucis volentem, transfixisset hasta, nisi a-
micorum, qui aderant, subsidium protexisset.
Proinde tricineam egressus, vno duntaxat co-
mitatus puero, lenta deambulatione quasi
corpus exerceret, ad Dauidis latebras arcu &
sagittis perrexit, sagittisque, ut conuenerat in-
ter eos proiectis, Dauid progressus famulo
paululum post se relicto, cum in eo in collo-
quiam venit, omnia quæ in conuiuio conti-
gerant, enarravit, atque simul edocet, quan-
tum periculi à patre immineat. Nihil autem
esse tutius, nisi vt de fuga sibi consulat. Lacy-
mabundus his auditis Dauid à Iōnatha dis-
cessit ad Abimelechum sacerdotem Nobæ-
um. Iōnathas vero in urbem regressus.

Fuit Abimelecho Dauidis accessus primo
suspectus, quod sine ullo comitatu tam lon-
gum ingressus esset iter. Dauid quasi sic fa-
cto opus esset, occultum Regis negoci-
um expediendum assimulat. Verum cum

K 2 arma

arma poposceret, nec apud tacerdotē in prom-
ptu haberentur, eius monitu Goliathi ensem,
quem post victoriam, Nobex, ceu Trophæum
solenni more numini dedicasset, sustulit secū,
& Philistæorum fines digressus est. Agnius
postea in Getha vrbe, ad regemque perductus,
nisi se furore correptum simulasset, vix manus
regis, quin ad supplicium traductus effugisset.
Pro stulto igitur & amente impunè dimissus,
impunè in Iudæorum terram reuersus, spelun-
cam, quæ haud multum ab Odolla oppido ab-
erat, aliquandiu inhabitauit, eo fratres per ac-
cultum nuncium de eius statu certiores facti,
ad eum cum omni familia descenderunt, in-
super ad eum conuenierunt, qui erant in sum-
ma angustia periculorum constituti, & oppres-
si ære alieno & amaro animo quorum ipse fa-
ctus est princeps, erantq; circiter quadringen-
ti. Qua manu hominum fretus David in Mas-
phat Moabitarum regionem transit, à rege, e-
iusque gente impertravit, vt parentes suos, seq;
& alios familiæ cognatos tam diu præsidio te-
neret, quo ad tempestas illa, qua indigne pre-
meretur, euansceret. Nec diu in Moabitū
egit prouincia, cum Gadis prophetæ monitu
Iudæam repetere visus fuit, præsidaria suorum
cohorte stipatus. In qua cunque igitur regione
iter faciebat, cum suis agnitus, delatus est ad re-
gem. Qui veritus, ne suis cohortibus abaliena-
ret à se Iudæorum ciuitates, ira percitus, perfi-
dam

PIORVM REGVM.

dam coniurationem exprobrait, de Davide, suo filio, aliisque ministris. Hanc exprobationem mire Doechus quidam auxit. Saulis existens aulicus; Hic se in Nobe a Dauidem solum vidisse professus est, in Abimelechi domo verantem, armisq; ab eo instructum, haud multo post urbem excessisse. Tum rex surere, multaque Abimelecho minari, quem haud multo post a se accersitum, propter hospitium Dauidi exhibitum ad supplicium traduci mandauit, nec ob eam noxam in eum solum sauitum est, sed trecenti cum eo extrema poena sunt affecti.

Nobeam pari sauitia ad hæc incendit, ciibus cuiuscunque ætatis igni ferroque dedicatis. Abiatharus filius Abimelechi sacerdotis occisi, confugiens ad Dauidem, omnia, quomodo sauerat Saul, enarravit. Dauid se reum confessus tanæ stragis, lacrymatus est cladem illam miserabiliter. Abiatharum secum retinuit, tutelam vitæ certo pollicitus. Interea rume defertur ad aures Dauidis, Ceylitas Hebreos à Philisteis vexari, eosque ferro ignique vastatos. Tum Dauid oraculo monitus, ea manu quam circa se habuit in Philistæos irruens, inopinato accessu oppressit. Fuit aliquandiu Cæylæ vibis incolis mire gratus, huius enim interuentu libertatem bonorum acceperat, & vitam conseruabant. Commoratio hæc Sauli certam fecerat spem de opprimendo Cæylæ

K 3 Dauide.

Dauide. Vnde omni populo iniunxit, vt armis descenderet ad Cæylam obsiderentque Dauidem cum suis copiis. Daud de eius adventu certior factus, & cœlitus admonitus, si nollet in manus tradi Saulis, fugeret, cum exercitu suo. Sic vltro citroque aliquandiu vagatus est. Tandem mansit in solitudine montis Ziph. Cæterum Saul nihil eorum quæ ad sedulam indagationem facerent, vt intercepseret Dauidem, omisit. Attamen Domitus ne caperetur tutatus est. Ionathas denuo viro Dauide in solitudine pepigit fœdus cum eo, vt alter in alterius posteritatem exiceret misericordiam.

Ziphei posthac excidio Nobitarum territi, Sauli Dauidis indicarunt latibula. Laudati igitur à Saule, pollicitus amplissima fidelis officii munera, præmisitque cum illis expeditissimos milites, qui Zipheorum ductu cuncta perlustrarent, an forte hostem caperent. Dauid suspicatus, (quod erat) peti se à Zipheorum insidiis, relictis locorum angustiis, quas insederat, in petram transiit. Est is locus in Maone deserto. Saul fugientem inseguutus, eo prope ventum erat, vt hostem legitima obsidione clausum teneret; quum trepide assertur rumore sparso, Philistæos Iudæorum fines ingressos flamma ferroque depopulatos. His Saul nunciis excitus confestim copias ex petra seduxit. Dauid obsi-

obsidione solitus Engaddinas insedit sauces,
agebatque turo loco, cum Rex pulsis hostibus,
cum tribus armatorum millibus Engaddam
petiit, ut Dauidi fugam intercluderet. Ten-
debatque huc Rex pleno gradu, & cum inte-
rim intestinorum excrementis grauaretur, le-
uandi corporis desiderio speluncam proxí-
mam subiit. Hic in apertum vitæ discrimen
incidit; Cum enim omnino maior in ea pate-
ret recessus, quam fronte promitteretur, in re-
conditissimam eius partem venit. Dauid au-
ditio Regis accessu, monitus à suis, ut homi-
nem inferassimum, quemque iam cerneret
in sua potestate haberi, perimeret. Negavit se
id facturum, quoniam piaculum esset vncatum
Domini, & sacrosanctum trucidare. Satis ha-
buit inimicissimo hosti ostendere, potuisse se
per oblatam occasionem cædem perpetra-
re, si ita visum esset. Vestis particulam de-
scidit, inde abeuntem Saulum ex speluncæ
ore, reuocauit, dicens, fuisse factam sibi &
vitæ & mortis eius potestatem, verum in-
columem maluisse se illum relinquere, quam
vita priuare.

Itaque tali beneficio Saul motus, data & ac-
cepta fide de libertate vitæ, discessit ab eo. Da-
uid vero Masphanorum montium valles cum
suis obsedit.

Nec multo post digressus ad desertum
Pharam, ubi ditissimus agebat inter suos

K 4 popu-

populares vir quidam Nabal Maonites. Cuius gregibus Dauid acriter edixerat ne quis inferret manus. Cæterum tondenti Nabali oves misit Dauid pueros suos, ut iure humanitatis, quod non læsissent greges, ab eo peterent cibatum & victum legari. Nabal Homo duro & agresti ingenio, parum reputans quæ beneficia Dauid exhibuerat, pertinaciter non solum recusauit sed & conuiuis prosecutus est. Quia ex re Dauid ingenti percitus ira, cum trecentis ad caulas Nabalis profectus, omnes, ni Abigail singularis pudicitiaz & prudentiaz vxor Dauidi venienti, cum multis muneribus occurrisset, interfici curasset: Quia clementia Dauid motus, acceptisque muneribus pacatus discessit, mulieris prudentiam summopere demiratus, quæ vitam viri & familiz adeo prouide conservasset, & quod tam sollicitam de viri salute conspexisset, pudicissimam iudicauit. Proinde diebus aliquot euolutis, cum Nabal dececessisset vita, duxit eam vxorem. Nam Micholem uxorem suam pater discordiis exortis peregrino cuidam elocauerat.

Sub idem nuptiarum tempus Dauid regiis est armis requisitus à Saule. Iamque regia castra in proximo erant, quum Dauid noctu speculatorio habitu, cum uno tantum comite Abisai filio Saruiæ, hostium vallum latèter transgressus, ad regium, omnibus militibus somno oppressis, tabernaculum peruenit. Hic satellitibus

ribus somno sopitis Regis lanceam, & vrneum aquæ, qui forte quiescentis capiti erat admotus, tabernaculo extulit, ut per ea Saulus conuinceretur, se ite rum Dauidis beneficio seruatum. Ex regione mons gradiis imminebat Saulinis castris, cuius iugum Dauid hostium munitiones egressus, noctu occupat. Inde alta voce castrorum principem appellas proprio nomine Abnerum filium Neri, & patruellem Regis, num hoc pacto Regem tuerentur, vancœ & aqualis vrceus surriperentur. Tum roganti quisnam vociferaretur, respondit Dauid se regia castra ingressum, regemque si voluisset, interficere facile potuisse, simulque ad euidentiorem demonstrationem abstulisse Saulis lanceam & scyphum aqualem. Nec Rex audiens eius vocem, diutius furere potuit, sed se in gratitudinis accusauit, Dauidi tutam vitam repromisit, & omnium libertatem. Dauid igitur ad locum suum reuersus, & Saulus similiter.

Memor autem Dauid hostilis furoris & præcipitis inconstantia Saulis, cogitauit, ne tandem diu multumque in Iudeorum regione circuagado caperetur, ad exterias proficiscitur terras. Quare discessit cum sexcentis viris, & duabus vxoribus, Nohinoe & Abigaille, Nobalitiade ad Achim regem Gethæum, à quo vicum Sicelechum inhabitadum dono accepit. Eum locum, confirmato deinceps regno Dauid im-

K 5 men-

menso studio celebrauit. Fuerat iam ibi menses quatuor, cum nouum bellum interim suppululasceret apud Philistæos in Hebræos. Porro Saulus animum abiecerat latius Dauidem persequendi. Dum igitur vndique milites à Philistæis & Hebræis accercentur etiam Achis qui inter Philistæos agebat, ad bellum proficisci vocatus est.

Ad quod vt aliquanto instructior accederet, Dauidicam cohortem cum ipso duce etiam ad militiam eduxit. Nec Dauid id Achi grauate præstítit, cui ob ingens in se collatum beneficium, nihil denegatum volebat. Saulus & ipse Philistæorum copiis collectis suas eduxit similiter, & firmauit ea quæ potuit ratione, ac disciplina militari. Erantque iam in propinquo hostes, quorum copias ex eminentiore specula contemplatus, cum præter spem multo maiores sibi visæ, quam ut tuto cum his congrederetur, ancepit animi fatigatus, statuit prius oracula consulere, quam iniire pugnam. Quare sacerdotibus, vt numen consulerent, mandauit. Quibus nihil certi respondentibus, perrexit ad quærendum ex Phytoni, qui prælium successurum esset. Annū conuenit magicæ artis studiosam, quæ satis infelicia pugnæ & necis discrimen vacinata. Attamen nihilominus ad pugnam rediit. Interea Dauidica cohors à Philistæis dubiis conspecta in suspicionem venit, monitulque

tusque Achis Rex, sub quo militabat Dauid,
præter dignitatem gentis, institutumque fieri,
quod penes se Iudæos haberent auxiliares,
qui et si trans fugæ, non propterea, ob vniuersæ
gentis inueteratum odium, Philistæis vellente
quicquam domi militiæ prospere succede-
re. Quippe, qui si occasio detur, potius parati
sint Philistaorum fortunam cuertere, quam il-
lo subsipio saluam retinere. Quibus Achis au-
ditis, ne inuidiam conflaret apud militiæ prin-
cipes, Dauidem quasi ad præsidium Regni re-
uerti iubet. Cæterum tantisper, dum ille do-
mo abfuit, Amelechitæ, Gethæ agit fines in-
gressi in Siccelechum vicum impetum fecere,
direptisque & incensis domibus, omnem im-
bellem turbam hostiliter abstulerunt, & cum
his duas Dauidis coniuges, Achionem & A-
bigailem Nabalitudem. Tam improviso ma-
lo confusus Dauid, & quod quidem maioris
doloris adhuc erat, cum ob acceptam cladem
se in magna apud suos inuidia constitutum
videret, (sui enim ipsum lapidare volebant)
consilii inops, Abiatharum sacerdotem iu-
bet numinis voluntatem exquirere, num
commodum, latrunculos istos insequi? vel
an commigrandum alio. Ex oraculo intel-
lexit propositum iter perficiendum esse,
Tum arreptis armis, ira furoreque ex-
stuantes sexcenti viri latrunculos insecuri
sunt, ac omnem prædam una cum coniu-
gibus

DYODENARIUS II.

gibus recuperarunt. Inter quas & Dauidis
restitutæ sunt. Et percussit eos Dauid, vt ne
quisquam ex illa clade superstes remane-
ret.

Sub id temporis Saulum à Philistæis in
monte Gelboe vicitum cum Ionatha ceterisq;
filiis, accepit. Huius aduersæ pugnæ nuncius,
non fama solum, sed regiæ exuixæ periisse Sau-
lum fidem fecerant. Quibus visis in luctum il-
le & mætorem conuerus est, vestes sibi præ-
nimio laceravit dolore. Sed nullum tantopere
ac Ionathan deploravit trucidatum, quem sibi
amicissimum suorum omnium amicorum fu-
rat expertus. Regis infelicem obitum prosecu-
tus est pietate, lacrymis, dolore, & vindicta, vi-
& Amalechitam, qui gloriabatur, se Regem
propria manu confodisse, coram trucidari ius-
serit. Edidit Epicedion, & Ionathæ laudes dex-
terime complexus est. Hac fuit ille in hostem
pietate. Inde de rei summa sollicitus, haud diu-
tius in Philistæis commoratus, oracoli sua-
cum vxore, & tota cohorte in Hebronem
transfuit. Vbi à Iuditarum tribu Rex salutatus,
omnium suffragio regnum, vt Propheta Sa-
muel vaticinatus, annum agens tricesimum à
mundo creato 2890. adeptus est. Abnerus in-
terior strenuus militiae princeps in Saulo ex-
ercitu regias sibi vendicauit partes, cum copiis
Jordanem transgressus author extitit, vt cæ-
ræ Israelitarum tribus Isboselhum extincti re-

gis

gis filium superstitem regem salutarent. His i-
ta gestis Hebræorum opes velut in duas dis-
cētæ partes seu factioñes diu inter se intestino
bello, alternisque cladi bus exarsere. Iordanis
vero velut arbiter cōtūrum factus. Tandem à
Reg: Abnerus descivit ad Dauidem cum o-
mnibus copiis, qui & illum gratissimo suscepit
animo, per illum enim reçperat Micholem
coniugem abductam, deinde omnem Regis
exercitum, occisum postea à Ioabo, lamenta-
tione se cædis innocētem esse declaratuit, qua-
que potuit pompa & exequiis confossum Ab-
nerum terræ mandauit. Adhæc omnibus lu-
ctum & ieunium propter violentum Ioabi fa-
cinus itidixit.

Hisboſe hō per suos insidiosē trucidato, ſo-
lus Dauid imperium ſuſtinuit. Spiculatores et-
iam qui Hisboſe humū interfecerant, eodem
puniuit ſupplicio. In Hebreone Imperio Iude-
ſep tem p̄fuit annos & ſex mensibus. Hiero-
ſolymis autem, quam urbem oppugnare ador-
tus, imas eius partes p̄zter omnium expeſta-
tionem euicit, regnauit trīginta tribus annis
in Israele & Iuda. Hiebusæ hanc it coluerant
ciuitatem, ſed Dauid ut dictum, eam expugna-
uit, ibique regiam cōſtituit aulam & arcem.
Audiueraſt incrementa ai gustiſſima Imperii
Dauidici Hyramus Rex Tyriorum, quare eius
ſocietatem per legatos petuit. Qua inita gran-
dem ei ex cedro materiam Hieroſolymam ad-
edif-

edificandam misit, & cum eo opifces lectissimos, quibus Dauid vsus regiam sibi construxit aulam, inde ad urbem conuersus, vniuersam mœnibus cinxit, perpetuisque munitionibus, cum arce coniunxit.

Nec ea Dauidici regni incrementa obscura erant; Quæ cum omnino latiora forent, quam ut vicinis accolis tua crererentur, multæ circumiectæ gentes ad Israelitas euerendos, quos indies magis aduersus se crescere percipiebant, communi consilio bella mouent aduersus Dauidem. In quo adornando tanta omnia celeritate peracta sunt, ut facile me illi in Regiæ urbis conspectu castrametati sint. Dauid oraculi iussu cum his copiis, quas tum forte circa se habuit, in Gigantea valle hostem adortus, fusum, fugatumque castris exuit. Sed maior omnino fuit cædes quam fuga. Nec multo post copiis triplo maioribus eodem loco hostes castra componunt. Fuitque his reparatum bellum nihil prosperius. Insidias collocauit Dauid oraculo persuasus in syluam, quæ iuxta hostium castra fuit, nec prius in eos consurgere est iussus, quam subito afflato ventorum arbores concussas videbant.

Id ille oraculum sectatus, ubi repente syluam ventorum sonitu commotam vidit cum maximo clamore in Palæstinas copias haud minori quam antea impetu irruit.

Post

Post hæc congregauit ex omnibus Israeliti-
eis turbis triginta millia virorum , quos voca-
ta concione hortatus , vt reducerent arcam
Domini, quæ testis esset fœderis à suis maiori-
bus in deserto initi. Irent igitur , & quod sibi
posteriorisque bene cederet, ex Cariactiari vrbe
sacrarium suum Hierosolymam deporta-
rent.

Fuerat arca iam inde, ex quo eam Iudæi re-
ceperant, apud Aminadabum virum multa
pietate: inde per Leuitas ac Sacerdotes, ad hoc
ipsum ex tota Iudæa accersitos, religiose subla-
ta est; Septem choris in hunc usum electis, cum
cantu, & precibus ordine præeuntibus. Rex
circa currum quo sacrarium vehebatur, fre-
quens & hilaris sequebatur, solemne ad cy-
tharam tripudium agens, cum festiuitate &
applausu, adeoque religioni intentus, vt ab
Michole Saulis filia, post exprobratum sit,
quam parum decore inter Sacerdotes, & fa-
mulos, qui circa aderant, verenda corporis nu-
dasset, solemnis saltationis iuueniliter studio-
sus. Cui respondit ille, nihil turpe committi
potuisse in iis quæ ad rem sacram attinent;
Neque credere se pietate suadente talia illa
lam exprobrare. Sed potius occulta quadam
simultate, dum patri ipsius, gloria & di-
gnitate fuisset prælatus. Idcirco cantaturum
est, atque eadem de causa, quoties opus
sit, libenter saltaturum. Arcam David
primo

primo extra urbem locati iussit, tacita quadam religione inductus, quod inter vehendum Ozas, homo haud ignobilis, & filius Aminadabidum forte circa currum nimis intentus versaretur, boibus calcitrantibus, & arca coacta repente exanimatus esset.

Veritus ergo Dauid, ne in consimilem incideret discrimen, ac aliquid aduersi sustineret in domum Obededomi Sithæi, (qui gentilis quidem natione, sed unus ex proselitis ad Dominum conuersus fuisse scribitur) abduxit. Procedere deinde tempore, quum Rex Obededomo Gethæo eam rem feliciter cecidisse, inaudiret, ad se reducere cogitauit. Quæ ut sanctius reseruaretur, consilium cœpit, templum Deo Opt. Max. construendi, facileque perrexisset in omnibus necessariis huic negotio, nisi oraculo monitus, futurum id opus semini eius perficiendum: Nam humana cæde, ob bella frēquentia, quæ ad id tempus subiuerat, pollutum: Ergo nefas esse sacrosancta Deo templâ condere. Data est hæc uuminis voluntas per Nathan & Asaphan prophetica diuinatione viros tum temporis clarissimos. Proinde condendi Deo sacrarium cura leposita, ne ocio & desidia militaris disciplina corrumperetur, vtq; successoribus pacificum relinqueret imperium, verbis Nathæ vatis iussus est proximos Iudææ accolas armis subigere, vnde ulro Philistæis bellum intulit. Quibus victis, in Moabi-

tas abiit. Hi ausi acie dimicare, geminis exerci-
tus partibus amissis vno prælio, pacis conditio-
nes suppliciter petierunt. Quos recepit, ea ve-
ro conditione, ut tributarii permanerent: Israe-
litico Imperio. Post Sophonem ingressus . Ad-
rasarum Regem ingenti conuicit prælio. Oc-
cidit ea pugna septingenti millia equitum, &
viginti millia peditum. Surrexit inde aduer-
sus cum Adadus Rex Damasci in Syria, ut sup-
petias ferret Adrasaro, quem superauit non in-
feliciorē prælio, quam priori. Quibus omni-
bus valide profligatis tributarios Syriæ inco-
las sibi reddidit. Aurea arma quæ bello obtri-
nuerat, Adadi Regis eiusque commilitonum,
dein arcam, & pharetram victor ipse in Hiero-
solymam reuersus Deo Opt. Max. dedicauit,
multumque æris ex ciuitatibus Adrasari tulit,
ex quo Salomon, mortuo Dauide, vasa Domi-
ni confecit.

Thous interea Enatatum Rex, Adrasari
cæde territus, filium Ioram ad regem Daui-
dem cum amplissimis muneribus secundè gra-
tulatus victoriæ, misit. Qui primo gratias a-
gens, quod hostem patris Adrasarum euici-
set, deinde prompte vasa argentea & aurea, mi-
ræ antiquitatis, ac dono Daudi dedit. Quæ is
similiter consecrauit Domino. Adhæc perit,
ut cum patre iniret societatem, quam Rex
promptissimo pollicitus est animo. Atquæ
hic omnia una Dauid felicissima expeditione

L gessit.

gescit, nec minus prospere in Idumæa per Abi-
sai, & Ioabum duces militiæ interea, aut certe
nō multo post, res gesta est, duodecimtū mil-
libus hostium cæsis. Facta est hæc pugna in Sa-
linarum vallē, & vniuersa Idumæa tributa sol-
uit Dauidi. Finitimis igitur populis & regibus
domitis, ad res domi comparandas, se contulit.
Abiatharum filium Abimelechi principem
Sacerdotum constituit, Iosaphatum filium A-
hiludi à commentariis, Saraiam à literis, Bana-
iam filium Ioiadæ super exercitum Cerethi &
Pheleti.

Porro iudicia iustissime decidebat, vna in-
tentus, ut recte iudicarent iudices. Comperit
etiam, Ionathæ filium Miphibosethum, in Le-
dabero vrbe apud Machirum agere, in quem
locum sub id temporis, quo auus & pater, in v-
na acie viæt occubuerunt, fuerat à nutrice de-
latus, excussusque, media illa trepidatione, è
nutricis manibus crus vtrumque fregit, ac de-
bilis pedibus factus est. Meritorum Ionathæ
memor, puerum ad se accersitum patria cha-
ritate complexus est. Omnia quæ patris aui-
que fuerant bona, libere possidere permi-
xit, Sibamque ceu colonum bonorum præ-
fecit; Adiecit & dignitatem liberalissimam,
at quo ad viueret, mensa regis iugiter alete-
tur.

Post hæc mortuus est Ammonitarum Rex,
ac filio adolescentulo regnum tradidit. Adhuc
lega-

legatos Dauid misit qui dicerent, Israelitarum regem dolenter amici regis interitum audiuisse, & nomine Dauidis iuniorem adolescentem ut iussi, consolati sunt. Imprudens adolescentis nihil respondit. Cæterum instructus ab iis, quos secretiori consilio admouerat, legatorum nomine exploratores missos ad se, inclamat, iure igitur se pro hostibus eos habere posse, sed cum ignominia tantum dimissurum. Hæc ille, Barbæque dimidium singulis detonandi mandauit, vestibusque decurtatis seminudos ad Dauidem remisit. Quo audito iussit Dauid in Hiericho legatos redeentes, donec recrescerent barbæ, morari. Ammonitæ vero mox, violato fœdere, quia apparebat Iudeos iniuriam illam vindicatores, vndiq; partim ex societate, partim ex stipendio colligunt matutra auxilia. Nam & ad Syrum Mesopotamiae regem mille talenta missa fuisse constat, ut cum viginti millibus armatorum ferrent suppeditas. Missum & ad Machæorum regé stipendum, & ad Istobū duces fortissimos, qui ipsi ferrent auxiliares copias. Ioabus in Ammonitas à Dauide misitus est, tendebant castra remotius ab urbe, Ammonitæ ante urbis portas castramentati fuerant, & iā omnia ad pugnam apparata, Ioabus Abisaen fratre cum parte copiarū Ammonis in urbe versis, obiicit, ipse inter stipendiarios regis, ea parte qua plus virium requiritur, stetit, acriter est concursum, fuitque

L 2 diu

diu pugna dubia. Tandem fusi, fugatique sunt Reges, ac multa cum strage disiectæ eorum copiæ. Nec multo post Ammonitæ bellum reparant, Assyriorum rege Adadezero grandi mercè cede conducto, qui 80. millibus peditum, & equitibus mille stipatus, cum Ammonitis ad bellum profectus est. Et quoniam validiore exercitu opus erat, bello interesse David ipse voluit. Eius igitur ductu & auspicio trans Iordanem, vbi hostis obuius processit magno prælio utramque gentem superavit quadraginta peditum millia, & quingentos equites, & quod preclarissimum, Sobachum Assyrii exercitus ducem lætali vulnera perfodit. Tum demum ex hac victoria magnæ accessiones factæ sunt Israelitarum Imperio. Nam vbi allatum est in Melopotamiam, Adadezerum ingenti prælio vicit, qui trans Euphratem habitabant, in Davidis societatem concessere, muneraque amplissima Regi donauere. Et iam hyems imminebat, cù victor exercitus est in hyberna dimissus, Rex ipse Hierosolymam concessit. Sub initium autem Veris, iussu Regis Ioab in Ammonitas est profectus, vniuersam gentem ex stirpibus.

Interim David vir alioquin inclita iustitia, in fœdum libidinis crimen incidit, atque hoc ipsum et turpius, quo innocentior fuérat inter suos habitus. Mala libido non adulterium, verum & cædis iniustissimæ ansam præbuit.

buit. Inambulabat forte solus in Regia domus solaris, die in vesperum inclinante, cum in mulierem excellenti forma, se incaute lauantem, proiecit oculos, Bersabea fuit illi nomen, cuius pulchritudine captus, accersitam ad se, cupideque compressam, prægnantem haud multo post reddidit. Verita illa ne adulterii cognitæ, (nam maritus Dauidi militabat) patria lege grauissime puniretur, ex quo uterum se gestare sensit, Regem orare non destiuit, donec prostrata pudicitia consuleret. Vriam Dauid, cum quo Bersabea nupta erat, ex castris ad se venire iubet; eum à Iobabo dimissum, postquam in urbem venit, Rex familiariter vultu accepit, ac cœnæ parte donatum abire domum iubet, forte, ut postridie cognosceret, ad quid ex castris accersitus esset. Interea quia certo sciret, se desiderio amantissimæ teneri coniugis, iret, & noctu coniugalibus ampliexibus exhibaresceret. Vrias militaris disciplina memor inter stationarios pernoctauit milites, cuius facti postquam Rex causam sciscitatus, respondisse fertur, cæteris circa signa excubantibus in mulieris complexibus quiescere indecorum esse. Rex diuersum ab eo, quod gerebatur negotium simulans, posterio die ait, se illum ad ducem remissurum, Nihilominus tamen dat operam, ut in cena Vriam largiore potu inuitent, ubi iam plane vino incaluisset, ad uxoris complexus iterum dimissus est. Sed ille nihilo secius quam

L 3 prior-

priore nocte ante regis ianuā in statione per-
mansit. Cuius constantia fueritne regi suspecta
non facile dixerim. Hoc sane cōstat illū à Rege
ad Ioabū literis dimissum, quibus mādatum, vt
eū in specie tumultuariae pugnæ hostib. obii-
ceret. Quā ille iussa executus, hominem ma-
nu promptum, ferociq; ingenio præditum ad
perdendum, hostibus opposuit. nec multū de-
inceps dies intercesserunt inter Vriæ casum, &
festinatas Bersabeæ nuptias, quæ post mater-
nos menses enixa filium. Tum Nathan, cui cō-
mercio numinis præcipua inerat futurorum
scientia, ad regem ingressus huiusmodi loquē-
dischemate vñus, dixit: Priuatus homo grani,
rex, à diuite quodam iniuria est affectus, pluri-
mi huic sunt ouium, & caprarum greges, sunt
& boum armenta, pauper, vxorem & liberos
multa in opia sustinens, ouiculam habuit vñā,
familiae delitias; factum est, vt cum vterque al-
teri in proximo cohabitaret, paratusque ho-
spiti cœnam lautiorem efficeret, paratusque
suis septis eximeretur, pauperis agnam furto
occidi iussit, ex eaq; conuiuum adornari. Fla-
gitium ingens Dāuid exclamans, pñunciauit
in signi animaduersione dignū, & extremo sup-
plicio afficiendū. Tū Propheta in Regē sedato
vultu conuersus, recte, inquit, iudicas, atq; ista
ratione tu quoq; rex inclyte maiori suppicio
dignus, qui Vriam innocentem trucidaris, in-
iuste feceris. Nec tibi persuadeas Bersabeæ &
tuum admissum adulterium latere Numen. I-

me

mo scit hæc omnia. Quare in te merito concitasti illud, alienā enim vxorem, cum ipse multas habueris, concupisti, concupitæ congressu flagitiose potitus es. Iam & natorum virus tibi capitales molietur infidias, tuumque cubile incestuosō concubitu polluet, eoque fere omnīs res tendit, ut regno pellaris. Dauid perculsus tali oraculo incidit in magnam commissi sceleris deplorationem, Numinisque iram veritus, altissimo cecinit spiritu hymnum penitentialem: *Miserere mei Deus secundum Eccl. qui patet.* Prophetæ tamen responsō certior factus mitigatam iram Numinis, consolationem admisit, filius tamen quem genuerat illegitimo concubitu, mortuus est. Post renouans thalami gaudia cum Bersabea diuino oraculo monitus, genuit alium filium, quem nominauit Salomonem, & sub disciplinā Nathas misit prophetæ. Ioabus interea nō segnis, ad Ammonitas & Rabuth enses tendebat expugnandos. Quapropter oppidanis maxima fame & obsidione circumdati, accersiuit regē, ut suo superaretur nomine ciuitas. Sub cuius aduentu ciuitas diruta & hostiliter capta est. Reuersusque inde Hierosolymam. Florebat per hæc Dauidis regnum, cum ipse fauore Numinis destitutus in acerrimum incidit luctum. Regia enim domus tragicis deturbata sceleribus fuit.

Erant Regi ex uno tempore filii quam-

L 4 pluri-

plurimi, Ammon primogenitus ex Achione
matre prognatus. Eliab^{us} ex Abigaile Nabali-
tide. Absalon ex Maacha filia Rholomai Re-
gis Gessur. Adonias filius Agi his, Saphatias
quem peperit Abithad. Iethras quem Egl^a,
qui fere omnes illi natⁱ sunt, priusquam regno
potitus esset. Mox ex vxoribus & concubinis
Ammon procreauit, Elluebam, Nathan, Salo-
monem, Lebarum, Heliebum, Falamnam, Phi-
ninam, & Heliaphum. Et hos quidem omnes
virilis stirpis. Sustulit & sceminei sexus Tha-
marem, quam Ammon frater viri auit, & alias
filias. Confecit stuprum istud maximum Da-
uidi m^{er}orem. Nam Absalon vindicta de so-
roris pudicitia violata cupidus, per suos ador-
nauerat, ut trucidaretur. Quod resciens Rex,
propter charissimum filium, in ingentem lu-
ctum incidit, ut Absolonem intercessione loz-
bi omnino auersaretur, nec reuersum in Hie-
rosolymam videre voluit; (ut credere par est)
ne ad primum congressum Ammonis memo-
ria subiret animum, dolorque recrudeceret.
Aut rem certe ipsam aliis documento esse vo-
luit, ne facile paternas c^{er}teri polluerent ædes.
Tandem tamen reconciliatus illi, recepit eum
Dauid in gratiam. Absolon iam in integrum
restitutus, ad patris regnum occupandum ani-
mum adiecit, idque blanditiis, apparatu belli-
co, & quibuscunque tādem posset rationibus.
Cum igitur oportunam se na&etum intellige-
ret

ret ansam, Regem adit, habere se in animo, inquit, si ipsius permisso liceat, Hebronem proficisci, ut sacra, quæ pro sua restitutione vouisset, iam pridem damnatus voti, exolueret. David omnium quæ pararentur à filio ignarus, haud grauate dedit illi potestatem eundi. Multi ex omni Iudæa mortales illuc confluxerant, quos Absalon per exploratores suos conuocat, hi noui regis creandi gratia conuenerant. Quare magna pompa tubarum clangoribus coniuratio facta est. David audita filii defecitione, reputans animo non solum regno se pulsus, verum etiam si deprehenderetur, de vita actum esse. Hierosolymam igitur nudis egressus pedibus una cum sexcentis viris fidelissimis stipatus, quorum operam iam inde ex quo regnare incepérat, sedulo expertus erat. Pergens ergo, quamplurimis conuiciis proscissus est à Semeio quodam, & lapidibus petitus, fuerat huic Saulus Rex extinctus sanguine iunctus. Hic in Dauidem inuectus, nunc sanguinarium hominem, nūc omnium scelerum authorem appellauit. Fuissent ex comitib. qui Semeii intemperatam linguam vindicarent, ni Dauid dehortatus esset, affirmans temporum esse rationem habendam. Cæterum Absalone insidias patri maximopere tendēte, per consiliarios & exercitus Duces; tamen Dauid mira Dei prouidentia, ut per Prophetam Nathan promissum, protectus est. Nam suosha-

L 5 bebat

bebat integerimos apud filii coniurationem amicos, qui omne reuelabant causam & arcanam. Deinde duces de diuina clemētia ita perturbati sunt, ut consiliis suis retro laberentur. Ventum est tandem, ut relicti cum Dauide milites insestantur populū, qui in coniuratione cum Absalone militare cœperat, & sub tumultuario impetu Absalon fugitus manus Ioabi ducis, ex Numinis ira, propter bellū patri illatum, capillitio suffixus est querceto, & à duce Ioabo confosus lancea periit. Mandauerat rex primo Duci, ne puerum interficeret. Sed Ioab parui iussum regis faciens, Absaloni ut seditione in patrem nō pepert. Dauid certior factus felicis pugnæ, cum gauisus, tum dolore etiam maximo circuuentus est. Gaudebat, regnū iam recuperatus esset, dolebat vero, filiū quem delicatissime amabat petuisse, neq; id solū animo, sed & factis luctum præse ferre. Nā humi dolenter se affixerat, nunc pugnis tundens peccatus, nunc capillos & barbam sibi euellens, extincti nomen flebiliter vocabat. Admonitus tamen à Ioabo, dure consolationem admisit, & omnes, quas calamitates pertulerat, oblii⁹ est. In magna etiā versatus est apud suos auctoritate & potentia. Prospero igitur fauore populi Galgalā ingressus, omni luctu semoto, in nouam incidit seditionem. Nam Siba quidā, Bochri filius, ex tribu Beniamin, tumultuariam excitans factionem Regis instar conatus est. Il- raelitis

raelitis præesse. Verū breuiter admodum op-
preslus prudentia Dauidis & suorum.

Proinde Israelitarum regno iterū apud Da-
uidem stabilito dira fames ludāsam inuasit, sic-
ca torridaq; anni intemperies maxima omniū
segetum & annonæ grandē inuexit caritatem.
Res in religionem versa, coegit regem sciscita-
ri, quo pacto tanta proueniret caritas? Sacer-
dotibus & Prophetis respondentibus, causam
extare iniuriam illam, quam Saulus Rex Gaba-
onitis contra maiorum fœdus intulisset, luen-
dam esse illam cruxore Saulinæ posteritatis. Ga-
baonitis accersitis ad fe, percontatus quid fa-
cto opus esset, responderunt dicentes, septem
daret ex eius progenie, qui iniuriam mouisset,
homines, atque se contentos fore. Dedit ergo
Dauid ut petierant: Ionathæ tamen posteritatē
pepercit, propter amicitiæ vinculum, q; ambo
firmissimo iuramento contraxerant.

Nec ita multo post Philistæ, qui neque bel-
lum neque pacem ferre poterant, subito re-
bellantes modica contudit acie: at longius ille
in hostes euectus maximum vitæ discrimen
incidit. Gigas enim quidam immani statura
præ grandem vibrans hastam, in Regem fecit
imperium, secissetque se voti compotem, nī
Abisai Ioabi frater intrepide Dauidem de-
fendens, Gigantem telo confecisset. Daui-
dis periculo Israelitæ commoti decretum
tulerunt, ne R̄ex amplius in militiana
prof-

proficisci eretur. Philistai acie confusi, & in Gazzam repulsi noua agitabant consilia de reparando bello, sed felici prælio eos Dauid iterū conuicit.

Porro Dauid omnibus circa gentibus pacatis, religionis studia complexus, hymnos trimetros edidit, & alios modos quos canerent in templis sacerdotes quotidie, & ipse quoque interdum animo curis obuoluto yteretur. Placuit adhæc omnes Israelitas ordine per Ioabū enumerari. Quæ res nouem mensium spacio peracta est. Ac ut tradunt Hebrææ Historiæ Scriptores, præter tribum Beniamin & Leuiticam, vndeclies centena millia viatorum compertisunt. Cæterum cum Dominus improbarer Dauidis facinus, per Prophetam Gad, tria eligenda, vel ferrum, vel caritatem, vel pestilentiam, obtulit. Dauid peccatum agnoscēs, commodius fore ratus incidere in manus Domini, quam hominum, elegit pestem. Quo factum, ut paucissimis horis septuaginta hominum millia consumpta sint. Hac suorum Dauid pernicie consternatus saccum induit, ieunium agēs multis dieb, & lacrymans humi sedebat, donec exoraret apud Dominū veniā. Eaq; demum impetrata, iussus est orāculo in area Aranæ Iebusæi altare cōstituere, ibiq; victimas immolare. Vetus opinio venit, hic loci Iisaachū olim ab Abraham patre diuino insuaræ pro hostia admotum. Solo non eodem loco postmodum

modum templum erexit; quod Dauid mandauit, & adhortatus est ut faceret, decem milibus talenti auri relictis, & innumeris aliorum metallorum speciebus. Hunc etiam antequam moreretur regem declaravit. Porro iam senio confectus ac iam morti propinquus, medicorum monitu ad exhaustum viribus corpus calefaciendum virgunculae complexu souebatur. vt vero compierisset, Adoniam filium sub celebrioris conuiuii specie cum plerisque de regno occupando consilia agitasse, monitus a Bethsabea uxore, & Nathan propheta, Salomonem regia sedentem mulâ, per Nathanem circumductum, & vnectum populo regem salutandum dedit, filium etiam in throno suo post se sedem & regnum moderantem, maximo duxit honori & beneficio esse Dei. Populum etiam ad concionem moriturus vocauit, hortatus, vt illum tanquam regem venerantur, templaque constructionem pro virili ædificare ituarét. Iudicium & scribarum sex milia constituit, par huic numerus eorum additus, qui psalmos & hymnos canerent. Ex Moyisis inde progenie lecti, qui sacris thesauris presentent. Ex Leuitarum numero sacerdotes & sacrorum ministri. Statuit & alia, vt exercitus diuisione in duodecim partes seu tribus, quarum singulæ tribus viginti quatuor millia armatorum haberent, & alia quædam, quæ circa urbis & totius Iudaicæ rei statum summopere pro-

profuere. Haud multo post, cum hæc ita gesta essent, ex humanis deceperit, anno vitæ septuagesimo, quum interim regnum annos quadragesima habuisset, quorum septem in Hebron, reliquos in Hierosolymis vixit, ubi & sepultus est supra centesimum, ac quater millesimum ab orbe condito. Sanctissimus Propheta, potestissimus Rex, felicissimus Imperator, doctissimus musicus, exercitatissimus Scriptor, laudatissimus omnium hominum. Redemptorem mundi è sua oriturum posteritate sciuit: de eius cruciatibus, morte, resuscitatione, ad cœlos ascensu, de Ecclesia gentium, de potestate Antichristi præuidit. In Christi persona sæpe locutus, & Christus verbis ipsius. Psalmos contra falsos scripturæ interpretes plures quam contra tyrannos composuit, quibus libris ait Chrysostomus minus carere ecclesiam posse quam mundum Sole. Præcessit idem humanæ salutis exordium annos mille & triginta quinque,

DE DAVIDE, EPIGRAMMA.

*Stemmate Iessao generis primordia duxit
Danid Rex inter gloria primapios.
Panit oves humili contentus sorte paternas.
Instituta tenuit prospera signa puer.
Denicit populos multos, & Numen amavit,
Rex igitur felix regna pacata tulit.*

DE

D E A B I A, II. P I O
Rege.

ABIAS filius Roboë filii Solomonis, ex uxore Michaia filia Vrcklis ex Gabæa, cui in Imperio successit, & regnauit ann. mūdi 2988. Hunc paterni regni opibus in Ægyptiaco bello fractis, & ætate nondum studiis bellicis satis matura, Hieroboas haud multo postquam pater decessisset vita, terribili bellorum apparatu est adortus. Nec Abias, qui super ætatem saepe creditus est, in re tam trepida quieuit, quin delectu accuratissime ex duab. tribubus Iudeæ, & Benjamin, habito, cum septuaginta millibus bellatorum illi obuiam progressus, non procul ab hoste castra posuit, & iam acies pugnandi studio in procinctu disposita videbatur, quum Abias ex editiore quodam loco, manu & voce silentium, dum loqueretur pauca, ab hoste petiit. Quod vbi illi datum est, cœpit Israelitis in memoriam reuocare Dauidis sanctitatem, & beneficia in Hebream gētem collata. Solomonis incomparabilem sapientiam, & studium in Israelitas. Eos vero iam ingratos extitisse, ut impium Regem Dauidico regno abrogato securi, pro religione superstitionem, pro pietate impium cultū, p vero & singulari Deo, dæmones veneraré tur. Multisq; dictariis. inuectus in Hieroboam, obiecit illi, eum Isra-

li.as

litas à verò Dei ab alienasse cultu, pro Deo, co-
 lendos posuisse vanos lutos, arasque extruxisse,
 & dæmonibus consecrassè. Augustissimum
 Dei templum, arcam foederis, ministros, Leui-
 tas, sacrorumque cultores perisse bello, atque
 exulare fecisse. Auditis his Hieroboas, statim
 quosdam subornasse dicitur, vt Abiam à suis
 exclusum interciperent. Quæ res ab Abianis
 praesisa, confessim his ansam præbuit cum ho-
 ste congregandi. Primoque sacerdotes tubis
 canentibus pugnam capessunt, diuino implo-
 rato auxilio, dein ancipiti pugna apparente
 Hieroboanas copias terga dare coegit. Ingeni
 ergo potius victoria Abias quinquaginta Hie-
 roboanorum millia trucidauit: in Hostilem
 transiit regionem, & devicit ciuitatem Bethel,
 Giesaham, Ephronem, cum omnibus substan-
 tiis ac fortunis, nec ulterius valuit Hieroboas
 resistere, quoniam ipse rex Abias & tribus Iu-
 da in Dominum spem omnem collocauerant.
 Porro non admodum perfecto coluisse animo
 Numinis maiestatem diuina contestanti vo-
 lumina, Regnasse dicitur circa annum mudi
 2988 Propter insignem vero cohortationem
 ad unum Deum colendum, & bellicosissimam
 victoriam in Hieroboanos, non incommode
 visus est inter pios duodecim referri reges,
 precipue cum non sanctimonia excellentiores
 habere, quo duodenarium nostrum implere-
 mus, licuit: certe malis & impiis regibus non
 modo

modo vnum duodenariū, sed duodecim duodenarios, piorum vero vix vnum reperias. Eius vita fuit omnino breuis, triennium namque regnauit: Accepit vxores quatuordecim, procreauitque viginti duos filios, & sedecim filias. Quos omnes ipse mortuus superstites reliquit. Decimo octauo anno Regis Hieroboæ imperium nactus est. Iosephus iuuenculum admodum, cum parri successit, fuisse, author est. Sepultus in ciuitate Dauid, cui filius Aza successor.

DE ABIÀ,

EPIGRAMMA.

*Etatis nondum mature regna, parentis
Defuncti rexit magnipotente manu.
Hierobia Regis deuicit millia multa,
Numinis auxilio talia bella tulit.*

DE AZA, III. REGE PIO.

AZAS quem Abias ex Maacka filia Abessalom genuit, in regno paterno successit anno vicesimo Regis Hieroboæ, circa annum mundi 2990. Cuius opes domi pietate, fortis rebus prospere gestis maiorem in modum aegeri contigit, æque ille religionis bellicæque laudis studiosus, qui et si nihil ex ipso sacrorum ritu veteribusque ceremoniis eximi aut pra-

M. termica

termitti pateretur, nihilominus quæ ad rem
bellicam attinebant, pari studio, successuque
administravit. Quod bonum & rectum Do-
mino videbatur, accurate fecit. Idololatrica
subuertit, quæ parentes ædificauerant, altaria
confregit, simulacrorum statuas lucosque, qui
abominationi erant Numini, succidit. Præce-
pit vniuersæ tribui, cui præcerat, ut cœli Numē-
si habere velint propitium, vere colerent, &
legem quam promulgasset, diligenter serua-
rent. Vnde placuit Deo, ut daret illi vitam pa-
cificam.

Porro multas condidit in Iuda vrbes, quas
vallis & muris constructis cinxit. Namq; in pa-
ce hæc omnia poterat dextre & grauiter per-
ficer. Et si vero pacem à numine animaduer-
tebat datam, attamen, ne repentina oppri-
metur hostium impetu, habuit in exercitu suo
ex Iuda prælatorum excellenter armatorum
trecenta millia. Ex tribu Beniamin ducenta o-
ctoginta millia, quorum pars maxima scuto-
tebantur. Reliqua multitudo partim hastati,
partim sagittarii. His Azas virib. fretus, & Nu-
mine, cum audisset Æthyopum regem Zaram
aduersus se castrametatum ducentis millibus
peditum, & ingeti numero equitum, vel ut di-
uinæ habent literæ, cum decies centum milli-
bus bellatorum, & trecentis curribus, Palæsti-
næ fines ingressus intrepide, Numine auxiliante,
hostem profigauit. Victoria illa in Gerati-

derm

dem Regionem usque contigit. Victor Azavictricesq; copiæ multa cæde facta, & præda parta, auri & argenti vim imminensam in hostilibus castris, repererunt; capti adhæc Cameli quamplurimi, exercitus cum opulenta præda domū reductus. Rex ad cultum religionis, Azariæ filii Obedi monitu, aliquanto etiam intentius reuocatus est. Vbi & matrē suam eiecit ex imperio, quod fecisset in loco turpissimum simulachrum Priapi, quod omne contriuit, & in frusta comminuens combussit in torrente Cedrone. Eaque que fouerat pater quæq; in se consecraverat, intulit in sacrarium Dei, aurum scilicet, & argéatum, vasorumq; diuersam supellectilē. Bellum inde nullum usq; ad tricesimum quintum annum gessit.

Anno vero tricesimo sexto regni, Baasa rex Israelitarum Ramatham urbem quadraginta stadiis ab Hierosolyma muro, & vallo circumdare cœpit, adeo ut nullus tuto egredi vel ingredi ex imperio Azæ posset, validoq; illâ præsidio muniuit. Azas haud ignarus violenti facinoris, quod rex Israelitarum moliebatur, misit cōfestim legatos cū magno auri & argenti pōdere, ex téplo Domini & regia suscepto, ad Benadabū Syriæ regem Damasci habitantem, ut ex antiquo fœdere ad Baasæ fines deuastandos secum militaret. Quod cum ille non grauata fecisset, trepidissimis nūciis Baasas reuocatus, à Rhamatina munitione abstinuit, & ex

M 2 impe-

Imperio Azæ fuga salutem quæsiuit. Eo igitur digresso, Azas loci oportunitatem non aspernatus, inchoatam munitionem ad exitum perducit, Gabaa & Masphe non procul inde constitutis. Deus autem iratus Azæ propter diffidentiam, quod implorasset auxilium, externi Regis, se neglecto, Prophetam Ananim ad eum misit, qui facinus ingratitudinis reprehendet. Verum Prophetam indignis ille modis exceptit, & correptionem propheticam contempnit. Quare grauissime offendit numen, ut plurimos interficeret ex populo eius. Anno tricesimo nono ætatis graui pedum dolore conficitcepit, ubi fertur plus in arte medicorum quam in auxilio diuinis spem fixile. E vita discellit anno quadragesimo primo regni sui. Qui in sepulchro suo quod federat Hierosolymis, aromatibus & delicatissimis vnguentis conditus, sepultus est. Filium habuit Iosaphatum, qui ei in regno successit.

DE AZA,

EPIGRAMMA.

*In statua cultor reparavit sedulus Azas.
Rex Iude sancti diruta templo Dei.
Syncerum indixit rursus pro Numinе cultum,
Destruxit aras non simulachra colens.
Auxiliatrices collato Numine palmas
Æthyopum vicit millia multa virum.*

Tur.

*Turpibus è sacris amonit post genitricem
Obscenitur bāns impia signa Dei.*

DE IOSAPHATO, IIII. pio Regē.

IOSAPHATVS tribus Iudeæ Rex quartus filius Azæ ex uxore Azuba filia Salai, accepit Imperium anno quarto Regis Achabi. Triginta quinque annorum fuit, ubi Imperio preesse cœpit, inclita pietate præditus & iustitia. Vixit circiter annum mundi 3032. patrem probitate & aliis virtutibus felicissime imitatus est. Arasque quas parens non demolitus, ipsè exquirens accuratius, omnes subuertit, omnia simulacra Idolorum confregit, quibus maximam apud Numen adeptus gratiam, & fauorem. Nam cum Achabus bellis & aliis malis propter impietatem vexaretur, hic pierate & ocio floruit, & præter cætera iustitiae specimen, quæ à principio sui regni exhibuerat, Sacerdotes ex Hierosolymis omni sapientia, & diuinorum oraculorum interpretatione conspicuos selegit, atque ut circa vrbes, quæ suo parebant Imperio, ut patiias leges populo neglectas prædicarent, ad earūq; cultū hortarentur diligētissime mādauit. Et quia petatis cultū promouebat, Baalum & alia impia Idola contriuit; Numinis igitur prouidentia contigit, ut reges externi ac circumiectæ gentes vltro Iosaphati societatem per legatos poscerent mul-

M 3 taq;

taq; & magna donarent ei munera. Philistai
 deferebant ingētia vectigalia argenti. Arabes
 arietū septē millia & leptingentos, totidē hir-
 cos. Sed neque imperii cura, neq; fortuna blā-
 diens à sancto Deo suo illum auertere. Aedi-
 cauit enim quietā agens vitam, in Iuda domos
 munitissimas, vrbes vallis murisq; firmissimas
 circumdabat. Ferunt nullum vnquā Hebræo-
 rum Rōgem tot præliatores armatos, atq; Io-
 saphatum habuisse. Iosephus testatur nouies
 centum millia bellatorum sub eius signis mili-
 tasse, sunt qui duodecies & vltra scribāt, fortis-
 simos exercitus habuit duces. Ednan, ducē tre-
 centorū millium. Ioannā, ducentorū millium,
 & octoginta. Amaziam ducentorū milliū prin-
 cipem, & alios inclytos quos prætero Heroas.
 tantum promovet pietas. Hunc autem fortu-
 nae cursum affinitas illa, qua filio suo dedit v-
 xorem impiam filiam Achabi deformatum. Ea-
 que Numini quamplurimum displicuit; Nam
 īmpius Israelitarum Imperator Achabus hac
 fretus adfinitate, statim sua periit ab eo armata
 Syros, & vt esset adiumento, ad Ramatham vr-
 bem in Galaaditide sitam, quā maiores tenui-
 sent, recuperandam. Id Iosaphathus nihil gra-
 uate præsticit, pulchrum sibi & honorificū ra-
 tus, hominem sue gentis, deinde hominē no-
 ua sibi cōunctū affinitate auxiliaticib. exor-
 nare copiis. Collatis itaque eastris placuit an-
 tequam inirent certamen, oraculum cōsulere,

num

num prosperelijceret in acie descendere. Habebat Achabus numerosum penes se Prophetarum cœtum, quibus consultis, cum omnes viatoriam vaticinati, quæsiuit Iosaphatus, num Propheta adesset Domini, cui voluntas esset Numinis vere explorata, cuique maior hisce fides haberi posset. Tum Michæa Achabus custodia deuinctum educi iussit, quæ dixit cuncta cæteris infelibus vaticinaturum. Vrsit Iosaphatus Propheta vaticinium. Quilibet qui dem, ut in aciem descenderent; præcinuit, verum se cunctis auiibus committeretur pugna, demonstraturum euentum ipsum. Neque fieri posse quin effugiat Achabus prophetæ vaticiniū qualim prædictum, idque procul dubio hoc adimplendum certamine. Achabus quoniam semper mala prædixerat, institutus apud Iosaphatum, ut comitaretur ad præliū. Acquieuit Iosaphatus precibus & profectus. Ita vero disposuerat aciem, ut Iosaphatus stola candida cæterisque regiis insignibus emineret, Achabus gregarii militis habitu pugnam cieret. Dicitur Adadus Rex Syriae suis imperasse, ut solum in Regem impetum faciant, eo n. cæso exercitum quoque etiam iri. Cōmisso igitur prælio Achabus vulneratus, & Iosaphatus vehementissime petitus ab hostib. sed inuocata numinis ope vim instantium effugir, & in domū suam pacifice reversus est. Cui prophetes Hiehu filius Anani ex dominico monitu obuiā progressus, acriter

M 4 illum

illum corripuit, quod impio copias præbuisset auxiliatrices, & affinitatem cum his, qui Dominum odio prosecuti, contraxisset. Cæterum ni bona (idem dixerat yates) in te reperisset diuina clementia, opera vna cum tuo Achabo affini in prælio occubuisse. Iosaphatus exprobationem audiens ex fatidico, diligentius quā antea diuinis institit ceremoniis, & cultum sanctum accuratius promouit. Adhæc Iudees, viros pietate insignes omni suæ ditione præfecit, quos & ipse grauiter, ut recte iudicarent, adhortatus est. Hierosolymis etiam exactissimam omnium diuinorum dispositionē ordinare cœpit inter Leuitas, & ministros tēpli dominici, adeo ut felicissime gubernaret imperium.

Nec longo interiecit tempore, ab Ammonitis & Moabitis & Arabibus bellum illi datum est. Tres gentes istæ Iosaphatum aggressæ hostiliter, & ad Asphaltidem usque lacum tumultuose progressæ, Gaddum lacui adiectum obsidione cingunt. Huiusmodi bellorum apparatus turbatus Iosaphatus ad diuinam opem configuit, & ex intimis cordis penetratis omnibus Iudæ & vniuerso regno ieunio cum penitentia indicto Dominum oravit, ut à tribus illis defenderetur gentibus. Proinde in fletu & lamentatione tribus congregata Iuda supplex oravit Numen, ut liberarentur ab hostibus. Surrexit Zazihel filius Zachariae Leuites fa-

tes fauidicuſ eſ medio, ac regem affatus bene
iuffit eum ſperare de Numine. Victoria nam-
que illum fine diſcrimine potiturum. Con-
ſcripto ergo exercitu in Thecuæ deſertis con-
ſedit. Inde priuſquam ad hoſtes perueniret, tā
dira libido illorū animos inualit, vt in ſemeti-
pſos hoſtēs liter ſeuirent, tantaque cædes ſecuta
y ex numeroſiſſimo nuper exercitu quā pau-
ciſſimi fuperuerint. Incidit in illam ſtragem
Iosaphatus vna cum ſuis militibus, ſacerdoti-
bus, Leuitis, & cantoribus, quos in prima acie
præpoſuerat, vt Dominum laudarent, eiusq;
in æternum conſiterentur misericordiam.
Hinc collectis per triduum ſpoliis, hoſtiumq;
caſtris direptis, Deo Opt. Max. ob victoriā
glorioſiſſimam ſine vlla fuorum clade quæſi-
tam, intim. o gratulatus eſt animo, mansitque
iam inde loco nomen, vt *Laudum actio* ſit val-
lis nuncupata. Reuersus in Hieroſolymam,
rerum ſtatut ſortitus eſt placatiſſimum.

Eoque tempore Ochozias Achabi filius,
malitia & impietate patre non inferior, ſuc-
cessit, cuius uſus Iosaphatus etiam familiarita-
te, naues cum eo miſit ad Tharsin, aurum alla-
turias, Eliezer filius Dodan oraculo iuſſus Iosa-
phatum acriter reprehendit propter impiam
cum impio rege familiaritatē, & iſ prädixit
naues conterendas, & ſic factum eſt. Denuo
poſt ſollicitatus ab Ochozia, recuauit ſocie-
tatem. Et diem obiit, cum regnū vigintiquinq;

M. 5 annos

annos gubernasset, quos si prioribus, videlicet triginta quinq;^u; addes comperies illum obdormuisse sexagesimo etatis suæ anno, Rex sapiensissimus Doctor, qui quod ab aliis exigeret, vita & moribus ipse expressit. Sepultus est in monumentis Regum Iudæ Hierosolymis, cui successit Ioras filius primogenitus. Habuit sex filios, primogenitum Ioram, secundum Azariam, Iahihalem, Zachariam, Michaelm, & Saphatiam, quos omnes primogenitus, ut regno solus potitur, trucidauit.

DE IOSAPHATO, EPIGRAMMA.

Successit patrio clara virtute resplendens

Iosaphat imperio: complacuitq; Deo.

Integer & purus sceleris sine crimine vixit,

Vulgavit populo dogmata sancta Dei.

Aras cum statuis destruxit, queq; parentum

Fecerat impietas, is simulachra tulit

Milia bellantium nouies ad prælia centum.

Ex populi potuit dæcere gente sui.

DE HIEHV, V. P. IO Rege.

HIEHVs antequā rex vngeretur, haud impiger exercitus dux, filius Iosaphati filii Namsi, obsidioni in Ramoth Galaatide Praefatus

fectus à rege, cani strenue & fortissime admi-
nistrauit, ita vt à nullo regis præsentia desidera-
retur. Dum igitur suo intentus officio dili-
genter id obiret, cœpit numen eius recordari,
atq; vindicem in fontium Propheteruin, quos
Achabus & Hiezabel interfecissent, illum per
Prophetam Heliseum, qui vnum ex discipulis
Ramothum in castra misit, vt Hiehum regem
futurum lenticula sumpta olei perungeret, su-
scitauit. Fuerant tum forte plerique princi-
pes circa Hiehum in castris, siue officii causa,
siue ad aliquid de summa rei consultandum
vocati, quem Helisei nuncius ingressus secre-
tum ab eo petiit, atque in proximum abdu-
ctum conclaue Hiehu caput oleo perfudit, te-
status se ad id missum ab Heliseo, vt eum Sa-
mariaæ Regem inungeret, fore vt regnum sine
vlo metu maiore obtineret, atque ex Heliæ
prædicatione omnem Achabi extingueret pa-
steritatem, in Prophetarum vltionem, quos
Achabus improbe obtrucasset, Iezabelem et-
iam canes deuoraturos prædixit. Hæc ille cum
dixisset, statim vt iussus erat, auffugit. Hiehus
rogatus à suis, qui proxime steterant, qua fidu-
cia homo iste, in cuius ore manifesta apparuis-
set vecordia, eum ab re seria abduxisset. Hiehus
quis & vnde esset, docuit: inde cunctanter, &
cum rubore quæ facta, patefecit, ad quam vo-
cem consensus & ingens congratulatio exor-
ta est. Quam occasionem Hiebus secutus,
primum

primum omnium principes hortatus, ut milites officiorum commonescerent, simulque ad Ioram Regem Israelitarum extinguedum pergit in Iezrael, nec iam procul aberat, cum nunciant illi, qui in speculis stabant, magnam aduentare equitantium & accursitantium turbam. Tum Ioras percusus, expeditissimum equitem iussit aduentanti agmina obuiam progressi, qui ex proximo perquirererat, amicinę ad hostes adessent, hocque cognito celerrime ad se recurreret. Is ab Hiehu in occursu circumuentus, iussus est agmen ut ceteri comitari. Quod procul intuitus speculator, ex edito exclamat equitem post congressum agminis sele agglomerasse. Cum id in altero quoque Rex comperisset, continuo Ioras cum Ochozia regē Iuda, qui ibi forte erat, in currum sublatus, obuiam progressi sunt Hiehu, & inuenierunt eum in agro Nabothi Iezraelitæ: Cumque rex Hiehum amice compellaslet, nec contra quicquam pacate redderetur, sed veneficem pudicæque feminæ filium Hiehus eum appellaret, ac recta in illum impetum saceret, flexo repte curru auffugere volentem Hiehus sagitta traiecit, & percussit Ioram inter scapulas, ut in curru suo moreretur, corpus deuolui iussit in Nabothi agrum, feris & volucribus expositū, ut vera comperirentur, quæ olim Helias præcinerat. Ochozias & ipse fugam adornaturus similiter percussus sagitta, in Magedonem grauitur

uiter vulneratus auffugit, vbi inter curandum efflauit animam. Accidit igitur hac cæde, vt Hieho nouo rege vncto duo regna vtroque priuarentur rege. Post Ioræ cædem Izraelem solo adæquauit, vbi Hiezabel Ioræ mater erat, hæc filii clade audita ex alta turri exclamans, Hiehum venientem conuictio exceperit, mancipium perfidissimum nuncupans, & impium, qui regem Dominum Zambri more crudeli enecasset. Hiehus conuictia nihil moratus Eunuchis astantibus Hiezabeli, imperauit, vt eam è turri p̄cipitarent, quam rueritem humique afflictam turma equitum ad id missa conculcauit, vt paries vndique cruore conspergeretur. & ob trita ad nihil pene redigeretur, ita vt cum Hiehi iussu corpus requisitum esset, nihil præter caluariā, pedes & summitates manuum inueniretur. Septuaginta Achabi filii in Samaria sub pædagogis adhuc erant, hi vno tempore Hiehi iussu truncati sunt, eorumque capita ante regiam ad spectaculum coaceruata. Inde Hiehus eam pro concione cædem nulli mortalium esse adscribendā amplius nisi Achabitæ impietati, quæ numen ita irritarit, vt ita plecteretur eius posteritas. Nec Hiehus adhuc hostili sanguine explet⁹ omnes Achabi toto regno necessarios expulit, quin & Ochaziæ fratres trucidauit omnes circiter quadraginta duos viros, nec residuum ex illis vnam in viuis permisit. Conuersus postea ad super-

superstitionem tollendam, populo ad concio-
 nem vocato, edicit se velle Baali Deo, cuius
 cultus ab Achabo fuisse exortus, solemnes ve-
 nerationes reddere, accersendos proinde o-
 mnes sacerdotes Baaliticos, ut celebri conuen-
 tu rite quæque peragerentur. Capitalem pa-
 nam irrogauit his qui non affuturi essent.
 Multis ergo sacrificis in Samariam concursi-
 tantibus, repletum est templum Baalis, à sum-
 mo ad itum usque. Carterum ut commodius
 Baalis sacerdotes, & qui conspicandi gratia ad-
 uenerant, ex piis dignoscerentur, præparauit
 Rex sibi & suis, alias quā Baalitis vestes, & sa-
 cerdotibus vestimenta, quibus in Baalitico
 cultu usi fuerant, induere mandauit. Adornati
 ad hoc contingentes militibus, qui impii ri-
 tus sacerdotes percuererent. Sumpsit ad se lo-
 nadabum virum insigni pietate & prudencia,
 cum quo consilio communicato, an omnes
 confluxisse, & an piorum quempiam eo cœtu
 immixtum arbitraretur? cum negasset ille
 quenquam adesse, ex composito armatam su-
 am multitudinem, cui ne quisquam effugeret
 capitali iniunxerat supplicio, in sacerdotes &
 alios immisit reprobos. Hi percusserunt o-
 mnes, ut ne unus superstes relinqueretur. Et
 templum Baalis incensum in latrinas ad ho-
 diernum usque diem redactum est. Omnibus
 quo circa Idololatris & impiis extinctis, Hie-
 bus maximam Numinis adeptus est gratiam.

Et

promisit propter sedulam inquisitionem Idolorum, filiis relictis imperium ad quartam usque generationem. Omnium quae iubebat Numen, executor promptissimus fuit, nisi quod vitulos aureos non dereliquit mere Hierobæ qui erant Dan & Bethel. Supremo fere imminente fato Bibliaci memorant libri, non admodum integri pectoris in Deum ipsum vixisse, unde res eius non multum pacata factæ sunt. Syri namque Azahèle duce, qui late in eam gentem per id tempus imperabat, omnem trans Iordanem regionem ferro & igne foede vastauere. Nec eam iniuriam partim propter indignationem Numinis ulcisci potuit, partim regni opibus turpiter afflictis. Ioacha filio superstite anno octavo & vigesimo ex quo regnare cœperat, è vita migravit, atque Samaria sepultus est.

DE HIEHO,

EPIGRAMMA,

Nam fides ductor castrorum regius ante

Vultus quam caperet regia sceptra, fuit.

Fatidici monitu reges percussit utroq;

Iuda & Israbel, curribus ille suis.

Divinos cultus auxit, Baalumq; colentes.

Occidit, facient dum sua in se sacra.

DE

DUODENARIVS II.
DE IOA, VI. PIO REGE.

IOAS filius Ochoziæ, ex vxore Sebia Bersabeensi, Rex Iuda, septem fuit annorum cum regnare cœpisset, idque mirabili Dei prouidētia contigit. Vixit anno mundi 3128. Athalia Ochoziæ regis mater, mulier ferocissimi ingeni, sola ut pœfset Imperio, conata est oīnem Dauidicam, & regiam posteritatem è medio tollere. Ioas igitur infans, ne trucidaretur, ex regia sublatus est per Iosabetham amitam, & furtim domi ab illa annos septem, quibus Athalia regnum administravit, nutritus est in credibili pietate. Erat Iosabella Ochoziæ ex patre sutor, nupseratque summo pontifici Iohannæ. Is ut regnum puero recuperaret, paucissimis centurionum, quod apud se Ioas aletatur, primo aperuit: Inde fide data & accepta pepigit cum eis fœdus, edocens quid animo volueret, scire se ait fato Dauidicæ stirpi Iudeæ Regnum plures ætates deberi, statutum proinde habere, quantum in se, ut puer quem viror occultauerat, rex eligeretur, omnia ea promptissime successura, si Leuitis, cæterorumque sacrorum ministris collectis ad certum diem Regis noui vñctio confirmaretur. Centuriones sua sponte pœsentem rerum statutum odio prosequentes, omnem mouerunt lapidem, ut regulus Ioas inungeretur. Congregatis igitur paucis post diebus tribuum

prin
dus
litor
ouati
toru
plun
tum
con
nata
eter
id s
iub
ritu
uo p
dete
vniu
tes &
inc
cun
cul
Reg
num
per
mo
qua
nis
pli
op
fi

principibus, Ioas in medium à Ioiada produc-
tus, & regio coronatus diademeate, cœpit Rex
salutari; hinc ingens exorta est gratulatio, &
ouatio. Quibus Athalia commota, cum arma-
torum, quos forte ad manum habebat, ad tem-
pluni, caterua procurrit. Ibi puerum corona-
tum diademeate conspicata, vestes præ nimio
conscidit dolore, & coniurationem Imperio-
natam vociferata est. Cæterum pontifex di-
æteria impiæ reginæ moratus, milites quos ad
id subornauerat, confessim illam interficere
iubet. Illaque cæla pontifex sacramento mul-
titudinem deuinxit, ne que inquam alium vi-
uo puero in vrbe gubernandæ Reipub. præsi-
dere pateretur, nec ab vlo eum violari, sed pro
vnius salute & in columitate, omnes calamita-
tes & labores perferreret. Et mansit illi regnum
incolumē ad puberem usque ætatem, sub ac-
curatissima amiræ suæ tutela, qua etiam ætate
cultus religionis præter reliqua quā maxime
Regi fuit curæ. Hierosolymis enim ubi impe-
rium profectioris sibi accepit plenissimo o-
pere administrationem auspicatus est. Salo-
monis templum magnifico iumentu reparauit
quod Athalia & filii antecessores nuptiis Pha-
nis labefactauerant. Nec ita multo post tem-
pli instauracionem Ioiadas, qui insigne illud
opus uferat, nimia consumptus ætate vita de-
functus est.

Quam diu autem vitam agebat, Rex synce-.

N. 12

re pietatis fuisse dicitur. Post vero Ioiadæ mortem, tum demum quasi freno & vinculis solitus, paulo cœpit liberius priacipum suorum ducentum sequi & vivere, & in ea erupit vita, quæ puerilibus male dissimulauerat annis. Alienas sacrorum ceremonias cum principibus ciuitatis amplexus, priori vita institutæ, non ut decebat, respondit, prophetisque in diram superstitionem reclamantibus, id scelus neque regi, neq; reliquæ fore impunitum multitudinai. Quo monitu non modo à nefario non abstinuit cultu, sed Zachariam etiam Ioiadæ filium, cuius patens plurima in Regem contulerat beneficia, virum iustissimum in tēplo prope aras lapidari mandauit, nec lento deinceps gradu diuina abfuit vltio. Azakel enim Syrus Iudæ fines ingressus, Gethæcum agrum populatus est. Eratque Hierosolymam obsidione cincturus, ni Ioas factis Thesauris regiaque gaza exutus ad regem pacem ignominiose poscisset. Porro haud exiguo euoluto tempore in grauissimum incidit morbum, & lōga ægritudine conflictatus, eorū insidiis (diuina vindicta factum) qui Zachariæ iniquo fatum intulerant animo, anno regni sui septimo & quadagesimo, in domo Mello in descensu à Sela percussus obiit. Et sepultus est in ciuitate David. Dederat illi Ioiadas duas vxores, è quibus filios & filias procreauit, cui Amazias filius in Imperio relicto successit.

DE

DE IOA,
EPIGRAMMA.

Ablatus furtim cognatis Regulus infans

Eus sit clarus, rex pius atq; potens.

Immanis voluit puerum regina necare,

Ni custodisset patria forte soror.

Annorum septem nactus diademata regis

Pontificis iussu, consilioq; Dei.

Officium templi promovit sedulus, atq;

Sollicite iussit condere templo Dei.

Ni vatem iustum mactasset is inclitus Heros,

Inclitus & princeps ille futurus erat.

Talia sed postquam commisit crimina, multum

Lesa fuit pietas huia amata Deo.

DE AMAZIA, VII. PIO

Rege.

A Mazias filius Ioæ Regis Iudæ, vndecimus
fuit à Dauide, nomen matris eius ex Hie-
rosolymis Ihoadan fuit. Vixit anno mūdi 3131.
inculpatum degit vitâ, veruntamen non vt Da-
uid, iuxta omnia, quæ pater egerat, vixit. Nō ad-
modū syncerae probitatis fuisse legitur. Verū-
tamen collatus cum aliis improbioribus po-
test aliquo modo in numerum recipi piorum
regum. Viginti quinque annorum Imperium
nactus est, ubi statim paternæ cædis vltione
regnum auspicatus est, omnesque conspira-
tionis initæ consciens capitali supplicio

N 2 affe-

affectit. Horum vero liberos incolumes passus est viuere, lege fatus diuina, qua diserte cautum, ne liberi p̄ parentibus, aut cōtra parentes pro liberis puniantur. Accuratissimum deinde habuit delectum, trecenta hominum millia ad bellum conscripsit, & vt pr̄sens armorum apparatus terribilior hosti videatur, centum millia ex Samaritana ditione cōdaxit stipendio, quorum postea opera non est v̄lus. Prophetā qui aderat Regi, sic admonente, ut ab impio Samaritanorum commercio abstineret. Externis igitur copiis repudiatis, cum domestico exercitu in Moabitas, Idumæos, Gabaonitas hostiliter profectus, ingressusque horum fines, cruentio prælio tres gentes devicit; ex deuictis decem cecidere millia, totidem ferme capta. Hinc late per hostes effusus, & ingeniem prædam adeptus, ad petram in Arabia castrametatus est. Et iam in aperta versabatur victoria, cum Samaritanorum cohortes graue ignominiam putarent, quod repudiatae essent à rege, nec ad bellum admissæ, ac per hoc quasi indignæ, quæ Iudei harum castris admouerentur. Propterea in Amaziam Regni fines irrientes, vsq; ad Bethoron interfecit tribus milibus omnia turbauerunt.

Cæterum victoria illa Amaziæ haud bono cessit, nam is presenti rerum statu & successu elatus ad patris ingenium & mores recurrit, captiuos duos quos ex hostium regione pertulerat,

tulerat, ceu veros est Deos complexus, reclamante in eum Propheta, qui præter impietatem, dementiæ quoque factum detestatus, quod eos veneraretur Deos, qui neque semetipsos, neque alios in necessitate constitutos iuarent, infamum vitæ prædixit exitum, ægre ille ei: smodi voces perferebat; perstabat tamē in suscepta religione. Assuit itaque, vt sepe alias flagitia scuera vltio, ad quam accelerandam ipse sibi inuenit viam promptissimam. Trium elatus populorum victoriis, ad Ioam Samariæ Regem literas dedit esse sibi in animo, omne Iudatum nomen quod maiorem culpam in duo disseatum fuisse regna in verum corpus, vt prius velle combinatae Iussit igitur cum omnes tribus, vt se subiicerent imperio, quod si minus impigre iussa facerent, scirent, se non multo post vtriusque regni vindicem affuturum. Cæ erum tantum abfuit, vt minacissima Amaziaæ denūcia ioam aliquo modo perculerit, quin literis scriptis, regem ipsum suæ redargueret per Apologum stulticiæ, dicens: Libani carduus, suæ humiliæ immemor, cum cedro affinitatem iungere decreuerat, cui cum sedulo studeret, subito quadrupedum gressu fuit conculcatus. Amazias nihil minus instruxit bellum, in loco Bethsames Iudæ, quem venientem intrepide Ios excepit. Sed prælio vix bene inito inopinatus timor Amaziaæ milites inuasit, vt turpis fuga sequeretur. Rex suorum

N 3 præ-

præsidio exutus, in hostium deuenit potestatem. Tum victor Ioas capto extrema ministans supplicia, nisi intra regiæ se vrbis mœnia duceret; admotis Hierosolymam castris, destructaque murorum parte quadringtonorum cubitorum spatio triumphanti similis Samaritanus rex captiuum in ciuitatem egit Amaziam. Qui cum ob vitæ ignominiam, & cladem acceptam stolidè egisset, anno sui Imperii vndetrigesimo domestica periit coniuratione in Lachis, & quindecim annos vixit à morte Ioæ regis Israelitarum, & in cuius locum Ozias filius successit. Clades illa contigit anno regni sui quarto & decimo. Ex Lachis ablatus sepultus est cum maioribus suis Hierosolymis.

DE AMAZIA,

EPIGRAMMA,

Hic quod si erga alios collatus, rite piorum
 Addetur numero, Rex aderitq; pius,
 Principium regni cedens vlciscendo paternam
 Huic fuit, ad bellum millia multa fouens.
 Tres uno vicit gentes certamine fortes.
 Victoria bac illi plurima damna tulit.
 Ut pater à seruis confosius, sic quoq; furtim
 Isperit à seruis, sic moderante Deo.

DE

DE AZARIA, VIII. PIO RE-
ge, qui & OZIAS
dictus.

BINOMIUM hunc fuisse constat regem, sunt
qui Azariam vocant, ut libri regnorum,
sunt qui Oziam dicunt, ut Chronicorum opus
& Iosephus auctores sunt. Filius fuit Amaziæ,
ex uxore Hiezelia Hierosolymitana, anno mū-
di vixit 3184. Quem populus regem Iudæ, patre
in coniuratione interfecto elegit, annos natu
sedecim. Nihilo minore pietate floruit, quæ &
parens eius. Direxit n. omnes actiones Numæ,
quas auctoripicatus est, in sincera & vera religione
promouenda. Edificauit aulā in ciuitate, & re-
stituit eam Iudaico Imperio. Philistis bellum
primo intulit, Gehumq; & Zanniam vrbes ex
ea cepit gente, capias diripuit, direptas muris
nudauit; inde bellis bella serendo in Arabes Æ-
gypto finitos arma transtulit, hic victor late-
viro citroq; euagatus est, pari successu Ham-
monitas subegit, subactisq; tributum impera-
uit. Sicq; regni finibus usq; ad Ægyptum pro-
pagatis, Hierosolymam reuersus, urbis moenia
vetustate, piorumque regum incuria collapso
valide restaurauit. Turres in porta anguli, &
in porta vallis erexit, effodit cisternas pluri-
mas, & aquæ ductus eo quæsiuit, eo q; plurima
foueret pecora, tā in capestrib. q; mōtosis locis
& desertis. Vinea quoq; q; plurimas, & vinito-

N 4 res in

res in carmelo possedit, & agriculturæ rex stu-
diosissimus extitit, præcipue plantarum satio-
ne delectatus. Munitiones plerasque Arabum
montibus oppositas firmas reddidit. Aluit in-
teriorim sub signis copias floren:issimas. Tre-
centa octoginta hominum millia in eius fuisse
castris dicuntur, omni armorum genere opti-
me instructa.

Porro ne inermis exercitus ad militiam pro-
gredieretur, confecit omnibus hastas, clypeos,
galeas, loricas, militates arcus, & omnes belli
machinationes quibus hostis ad orientus erat,
varia excogitauit instrumenta curribus Hiero-
solymitanis, è quibus sagittas, tela & saxa pro-
iici poterant, aduentantibus hostibus, diu-
latumque est nomen eius, & fortissima gesta,
fama & gloria latissime apud externas gentes
celebrabantur. Causa præcipua pietas inuio-
lata fuit. Sed tantam bonorum affluentiam, e-
latus animo, breuissimo admodum amisit tem-
pore. Nam ingressus in templum Domini ad-
olere voluit in altari thymiatis. Prohibuerat
Azarias summus sacerdos, ac alii sacerorum mi-
nistri, at ille noluit illis reclamantibus reorem
gerere, minatus sacerdotibus dira, ni sacrificia
permitterent, vnde obtulit sacrificium, quare
Numen pertinaciam Regis indigne ferens, to-
tum corpus illius lepra infecit, vt ex conuersa-
tione hominum secedere cogeretur, nec deinceps
regis officio functus, sed relinquentis filio
suo

Suo Ioachæ administrationem regni, ille separata domo priuatam dedit vitam, sicutque leprosus usque ad extremum vitae. Eius dominatu motus ingens terram concutit, cuius Prophetæ Zacharias meminit. Regnauit usque ad quinquaginta duos Hierosolymis, & sepultus est in agro Regalium monumentorum, quod leperulus fuisse. Vixit autem annos sexaginta duos.

DE AZARIA,

EPIGRAMMA.

A populo Iuda factus Rex morte parentis,

Iustitia vixit, grandia bella gerens.

Ex circumiectis milies persoluere census

Compulit ac plures, munere larga dare.

Condidit ingentes turres, urbanag, firmans

Menia, militibus tela parata dedit.

Multos nutriuit pastores, atq, colonos,

Huic pecoris semper, maxima cura fuit.

Sedulus hortorum cultor, planisq, tenellis.

Consevit propria semina multa manu.

Lepra contactus priuatim vincere coepit,

Et nato Ioachæ regna relicta dedit.

DE IOTHAMO, IX.

pio Rege.

IOTHAMVS patre adhuc in humanis agenti
te regnum & palatum gubernauit, vir in-

N s clyta

elyta prædictus iustitia, filius Ozia ex Hierusalem
filia Sadochi, nulla in re offendit Numen, præ-
terquam quod templum non ingressus, excelsa
quaꝝ maiores instituerant, nō demolitus fuit,
licet ille exiguis aut omnino nullus Idolorum
cultur fuisse reperiatur. Vigintiquinque an-
nos natus, cum ad gubernacula Imperii pro-
moueretur, portam domus Domini excellam
ædificauit, & in Opel sive muri propugnaculis
plurima condidit, vrbes multas in montibus
Iudea construxit, in nemoribus castella & mu-
nitio[n]es, sicut pater, & præter ciuilia opera
multa etiam varia urbis incœnia, partim ab imo
ad summum erexit, partim vetustate collapſa
sumptuose reparauit. Intulit Ammonitis bel-
lum, vi etisque tributum imperauit, ut centum
sibi auri talenta quotannis penderent, ac coros
tritici decem millia, atque hordei totidem, au-
stusque est amplissima imperii & opum facul-
tate. Dominus enim eius candorem & vitæ
sanctimoniam agnoscens nihil irremunera-
tum reliquit. Eodem tempore cœperunt Rex
Syriae Rasis, & Rex Israelytarum Peka, deuasta-
re fines Iudea, verum is morte præpeditus nihil
restirrit. Sedecim annos regnauit, & natus an-
nos quadraginta vitam in felici imperii ad-
ministratione mortalem cum immortali gloria
mutauit.

DE

DE IOTHAMO,

EPIGRAMMA,

*Leproso regnum tenuit viuente parente,
Virtutis sancta verus amator erat.
Multo suo regno construxit, Numen amauit.
Hostes enicit prospera bella gerens.*

DE EZECHIA, X. REGE
pio.

Ezechias impii Regis Achatifilius, ex uxore Abia filia Zachariæ, vir incomparabilis vitæ integritatis & religionis ardentissimæ in Deum. Quare in meliorem statum res Imperii eius administratione redactæ sunt, à parentis impiò instituto longe diuersus secessit. administrationem anno ætatis suæ accepit vigesimo quinto, quam confessim à pietate auspiciatus est, & populo ad concionem vocato miseræ clavis causas aperiens, ciuibus & omnibus subditis ad pietatem admonitis, templum Domini aperuit, veteribusque ceremoniis, sacerdotibus, ministris, & feriis condecorauit. Quoniam vero tum temporis Azymotum festa instabant, conuentū vniuersæ genti Hierosolymis indixit, misit & in Samariâ ad cognatas tribus, qui suo nomine regē, & cæteros ad antiquā pietatē inuitarēt, feriis, si qua adhuc veteris prmulgate legis cura ipsos haberet, Hierosolymis.

Solymam couenirent. Multi igitur mortales ex Zabulonia tribu, Manassea, & Isacharia, magis priuato consilio, quam publico suorum detestati perfidiam, sacrorum die Hierosolymam venerunt, ubi Ezechias patefacto purgatorioque templo ex Solomonis instituto ad aram maximam sacra fecit. Vrbs deinde tota, vanis est liberata superstitionibus, peregrina sacra cum Idolis & statuis demolitus est: Lucos demonibus consecratos succidit, serpentem etiam geneum à Moysi in deserto eleuatum à populo adoratum confregit, quin etiam libros Salomonis Philosophicos & curiosorum manibus eripuit, ac proinde in Dominum spem suam omnem collocauit, & illi perfecto corde adhaesit. Quæ Moyses in lege præceperat, diligenterissime est executus: Vnde vix nullus piorum regum tanta celebratus est pietate & religionis studio, quanta David & Ezechias. Hæc igitur circa religionem operatus, & Numinis fauore fretus, Philistæos à Gaza v̄be ad Gethum bello domuit, Salmanasari Assyriorum regi tributum quod parens solitus pendere, minacissima belli denunciatione reposcenti, abnegare ausus est. Imminebat ergo illi graue bellum. Verum Assyrius omnem armorum impetum in Samaria Regem deflexit, quem & in captivitatem secum abstulit. Ezechias cum Senacheribum & in se bellum dirigere vidisset, inito consilio cum suis, obstrui omnes cisternas, & fontium

rium riulos fecit, ne hosti locus morandi re-linqueretur. Deinde & munitissimas armis & vallis vrbes iwas reddidit, & ciues ut fortiter a-gerent hortat^s est. Fuisse autem eius belli exitus nihilo Ezechiae f^{ac}ilior, quam Samaria Regi, nisi manifestum numinis auxilium illum defendisset.

Enimuero ceteris regni vribus, aut via ut me u captis, cum Hierosolymam Assyrius vi-ctor castra mouisset, legati supplices ex vrbe profecti ad Assyrium, pacem orarunt. Quam, si trecenta argenti talenta & triginta auri in praetentia sibi penderentur, Sennacheribus ul-tro pollicitus, iure iurando affirmauit, illa sum-ma numerata, pacatum Hierolymitanis fini-bus se excessu um. Exsoluit Ezechias impera-tam auri & argenti summam, omniibus vasis, tam templi dominici, quam Regiae suæ, corra-fis. Ceterum Assyrius verso in Ægyptios & Æthyopen populos bello, partem copiarum ad Regiae vrbis obsidionem confirmandam remisit. Ezechias vbi vrbe nihilominus ob-sideri vidit, legatique ab hostium ducibus missi nunciarent, non esse, cur ab Ægyptiis aut Æ-thiopibus auxilia expectaret, quorum vtram-que gentem repentina Sennacheribus obrui-sisset bello, stulte & regem ipsum, & ceteros fa-turos, si velint extrema pertentare, quam de-ditionem recusare.

Nun en etiam quod coleret Rex & sui, de-testan-

restandis criminati sunt blasphemis. Si dedicationem amplectetur, promisit victoris clementiam, contra si abnueret, vim, crudelitatem, & urbis excidium. Fractus animo Ezechias, quoniam supererat remedium in preces & vota contrauersus saccum, vestibus scissis, induit, Esaiam qui tum temporis sanctitatis & diuinationis fama ceteros antecelebat, per seniores accersitum rogat, ut precibus si fieri possit, praesens excidium sibi & patriæ apud Dominum deprecaretur. Huius Oraculo Ezechias iussus est sperare Numinis auxilium, nec suæ genri defuturum, quin brevi fore, ut Israelites in Media & Persiam ablegati, postlimonio reuersi, Samariam, & sedes pristinas, inhabitaturi essent. Trahebatur itaque cum Assyriorum castra graui pestilentia tabescerent, obsidio: Paucis post diebus ingens multitudo mortalium defuncta est. Attestatur sacri & Iosephi libri nocte una in his castris ad certum octoginta quinque millia periisse. Sennacheribus praesenti consternatus clade, & diris hominum funeribus, in Assyriam abiit. Ibi per filiorum manus in coniuratione propter blasphemias Deo illatas casus est.

Ezechias hostili metu solutus, nihil quod ad diuinos honores attinet, intermisit, Deo opt. Max. gratulatus, quod se & suos manifesto protexisset auxilio. Coepit autem grauissimo laborare morbo, ut vita desperaret salutem;

Auxit

Auxit maxime languorem terribilis vox Prophetæ, quod non esset diutiorem hoc seculo vitam habiturus. Quare conuersus ad Dominum amarissime fleuit, ut eius respecta pietate, & sedulo sacrorum culta vitam diutiorem concederet.

Motus Dominus miserabilis regis lamentatione, per Prophetam monuit, eum adhuc quindecim vieturum annos. Quod cum nec omnino firmiter crederet, petere signum Prophetæ iussit, petuisse dicitur, ut umbra solis decem gradus retro, unde venerat, abiret, contigit id precibus regis, & umbra in Herologio Achazi patris conspecta est retrogredi decem gradus. Solutus igitur languore, quo fuerat implicitus attenore cultu & maiore pietate sacra instaurauit, quam antea, proinde ditissimus euasit, ac thesauros plurimos sibi congregauit argenti & auri, gemmarumque ingentem habuit summam, aromata varia, & odorifera, armorum omnis generis magnam copiam confecit. Frumenti, vini, olei, immensam abundantiam, quam plurima armenta & greges aluit, sex condidit urbes. Porro superiorem fontem aquarum Gioneum obstruxit, & deduxit illum usque ad ciuitatem suam, omnia que succedebant, prosperrime auspicatus est.

Porro tanta felicitatis cursum Baladus Senacheribi successor impediuit. Ad Ezechiam eam

enim amplissima miserat munera, quo societatem & amicitiam eius obtineret. Id ille magnificum sibi & ad regni existimatione pertinere ratus, Baladi amicitiam cupide est amplectus, ea in spe regnum mutari in opium statum. Sed Esaiæ verbis increpatus, quod Numen offendisset, præterim cum ea gente amicitia & fædere cōtractis, quæ Hebræis assidue sit aduersata. Quoad vixit, animum solicitudini & mœrori obnoxium habuit. Fuit contemporaneus Romulo Romanorum conditori. Viginti nonuim annos regnum summa probitate, & virtute integritate administravit. Defunctum anno ætatis quarto & quinquagesimo planxit universa Iudeæ tribus, & exequias eius celebrait, sepelieruntque illum sepulchris filiorum David.

DE EZECHIA,

EPIGRAMMA,

*Preditus hic magna vixit rex cum pietate,
Tum virtute granis, candida vita fuit.*

Religione Deum vera commotus, amavit

Ad populum vertit numina sancta suum.

Non habuit similem sibi religione, nec ullus.

Huic vinet similis, regia sceptra ferens.

Horrendi quidquid cultu dimonit ab ade

Sancta, purgansit singularite loca.

Assyrio

*Affyrto censuſ quotannis ſoluere (quondam
Feceraſ ut genitor) noluit ille pium.*

DE MANASSE, XI.

pio Rege.

MAnasses filius sanctissimi Regis Ezechiae,
ex vxore Aphsiba, verum quo probior
parens fuit, eo peiorem vitam egit filius. Ne-
glectio n. patriæ religionis cultu, nactus impe-
riū annos natus duodecim, vixit anno mun-
di 3329. templum Dei spurcissimis Idololatriis
contaminauit, & iuxta abominationes gentium,
quas Dominus à conſpectu ſuo remouit, o-
mnem vitam principio inſtituit. Exeſta, quæ
pater demolitus fuerat, restaurauit, Diis aras
conſecratuit, lucos erexit, & omnem cœli glo-
riam adorauit, adhac filios ſuos tranſire fecit
per ignem in valle Behennone, adeoque Mo-
locho, quem louem tyrannum nominat Pra-
deatius, immolauit, ſomniorum maximam
habens rationem: ſectatus anguria, maleficis
cœpit nauare operam. Habuit ſecum pluri-
mos magos, & incantatores, multaque patra-
uit cotam Numine grauiſſima ſcelera viſque
adeo, vt iſipsum etiam Hierobœamum, corrui-
ptæ religionis authorem, atque omnes popu-
los bárbaros impietate ſuperarit. Sacerdotes
adhac, & qui in antiqua adhuc pietate perſta-
bant crudeliter inſecutus eſt, viro que urbis sa-

O cræ

crae cæde & sanguine passim repleuit. Sed impium scelus turpi seruitute expiavit. Quippe qui in medio cursu furoris sui , ab Assyriorum rege Merodacho armis petitus , maiore regni parte (diuina id factum vltioue) hostiliter deuastata, ipse dolo captus , multa cum ignomina apud hostem per decennium carceri tetro detentus fuit. Tum catenis vincitus & maximis tortus cruciatibus palam testatus est, se meritas suæ impietatis luere pœnas , pœnitentiam gemitu lamentabili egit, inde profusis vero pœnitentiis lacrymis Deo placato in regnū honorifice restitutus fuit. Mutata igitur ratione, postquam Numen vere cognouisset, omnem operam, & studium in religione collocauit, veteri sacroru ritu diligentissime restaurato ex Moysis instituto, sacris inuigilauit. Populus ut antea impium Deorum cultum æmulatus : Ita iam studium denuo secutus nihil cedebat illi pietate, nec piis opibus. Ædificauit post hæc multa extra Hierosolymas, deinde multas turres maiore aliquanto apparatu, quā initio fuissent, refecit, firmauitque haud uno loco præsidia. Porro condidit altare Domino, & immolauit in illo viætmas, hortatusque populum, ut toto corde & animo Dominum coleret. Aras quoque quas Baali in domo dominica cõstruxerat, omnes perfregit, ac penitus subuerit, egitque reliquum viæ prosperrimo rerum cursu incolumi, pacatoque regno , proindeque quicq;

Quicquid antea praui egerat, id postea meliori vita in instituto sedulo compensauit. Porro, nisi clare Bibliaca testarentur volumina & alii libri quos sequimur, veram eisle coram Deo in humilitate maxima pœnitentiam, non ad pios retulisse reges verum quoniam posterius vitæ spaciū candidius exegit quam cæteri Reges, qui principio quidem pii, sed aliquandiu regno administrato improbi euaserunt, piorum Regum catalogo inscribendum iudicauit. Cæterum diutius regnauit, quam regum quisquam, annos videlicet quinquaginta quinque; Obiit ætatis anno sexagesimo septimo, sepultus in horto domus suæ extra regia monumēta: tota vita agitatus incendiis & anxia formidine, & variis successibus. Moriensque Ammoni filio suo imperii habenas tradidit.

DE MANASSE,

EPIGRAMMA,

*Impiu omne scelus Manasse, crimina multa
Commisit primo, fecit & omne malum
Assyrius postquam sed duxit compede vinclum,
Integer euasit, crimina facta dolens.*

DE IOSIA XII. PIO

Rege.

Antequam Iosias nasceretur, multis prædictus est qualis & quantus sit futurus. Id
O 2 postea

212 DODECANARIVS II.

postea contigisse vita & historia eius comprehen-
bant. Natus est anno mundi 3333. Octo annos
rum, parente in coniuratione qua dam inter-
fecto, Regni administrationem felicissimis
auspiciis obtinuit. Nomē matris erat Idida, si-
lia Phadaiae Beschatides. Hic rex nihil, quod
Numinis offenderet clemētiam patravit: nul-
lis sceleribus, vt antecēssores, adhæsit, sed toto
corde, mēte, & anima illud veneratus est, sum-
maque studuit ope, ne irritaret Deum ad iram.
Puer adhuc nihil charius duxit, præter pietati-
m, & omnem honestatem, duodecimo anno
etatis suæ cœpit perfecto corde Numinis curā
habere, omnibusque viis & rationibus labora-
re, vt Idololatricos expurgaret ritus. Præcipit
igitur sacerdotibus suis, vt Numinis maxima
cura habita vasa Baali, vniuersa militiæ cœli, vt
lunæ, soli, & duodecim signis confecta, in ci-
nerem versa ad conuallem Cedronem proii-
cerent, puluere Bethlehem delato, Magicos
incantatores, & auruspices, quos Reges lude-
souerant, impios etiam sacerdotes omnes oc-
cidit, idque eoram congregata tribu Iudæ vni-
uersa, neque cuiquam permisit liberos conse-
crare per ignem Molochi. Quadrigas solis in
vestibulo templi positas incendit, nec non &
altaria soli dicata destruxit: sed & equos soli di-
catos amouit. Altaria, quæ Achaz Rex & alii
reges fabricarant in duobus atriis templi, de-
molitus est, cineremque in torrentem disper-
git

Sit cedronis. Templū Dēx Sidoniz, siue Asta-
roth Idoli Sidonii structum olim à Salomone
depopulatus est. Adhac altare Bethelinum, &
ex celum per Hieroboam conditum, quo à ve-
xo cultu seduxerat Israelitas, diruit. Post autem
ut Prophetæ vaticinium completeretur, tulit os-
sa ex mortuorum monumentis, qui Dorinū
ad iracundiam provocauerant, & combusit il-
la apud altaria, iuxta prædictam Domini sen-
tentiam. Conuersus etiam ad sepulchrum va-
tis, qui talia euētra sub Iosia præcinuerat, ius-
sit illius ossa illa sa quiescere. Phana Samaria
in urbibus Manassæis, Ephratinei, & Nephta-
linis omnia subuertit. Reuersusque Hieroso-
lymam decimo octavo anno regni sui, munda-
ta iam terra, & templo Domini, misit Saphan
scribam cum aliis principibus, ut vrgerent a-
pud Helchiam sacerdotum summatem, quo
templum Dei recondereret ad verā renouan-
dam pietatem; cum itaque ex mandato Regis
faciendo operi in æde Domini, omnes intenti
essent, forte accidit, ut cum pecuniam in ædem
Domini illatam efferrant Helchias librum le-
gis Domini per Moyſen promulgata inueni-
ret. Quare transmisit Regi Iosiz per scribam
Saphanem. Lecto vero libro legis quātum lex
posceret audiens rex, accessitis ad se sacerdotū
principibus. Vester suas scidit, & misero eiula-
tu planxit contemptam ab antecessoribus di-
uinam illam legem: Veritus etiam, ne & ille-

O 3 maio.

maiorum pareretur iniurias, misit suos ad fatidicos, ut hac de re responderent, quidnam faciendum, ut proprium haberet Deum. Profecti summi sacerdotes ad Oldam Prophetam uxorem Scellum, filii Thecuæ, habitantem Hierosolymis quæ siuerunt, quid veri coniicere posset diuina lege neglecta per Reges Iudææ? Illa respondit, maximam imminere commissorū poenam omni Hebræo genti, neque facile numinis iram placari, ni totam illam gentem subuerterit. Attamen dum Rex Iosias in clita præditus iustitia, volumine legis perterritus, poenitentiam egisset, fore ut suis diebus non talia visurus esset mala & calamitates. Renunciaverunt Iosiae singula dicta vatis, qui conuocatis omnibus Iudæ majoribus Hierosolymam, legit ipse verba legis, & poenam quæ maneret transgredientes declarauit. Sacramento quoque promisit coram Domino, & vniuersa conacione, nunquam se Deum cœli, terræ, maris & vniuersi mundi, cunctis vitæ diebus derelictum. Celebrauit & Pascha siue dies Azymorum tanta magnificentia, pompa, ceremoniis, honore, populi frequentia multis item sacrificiis (nam triginta millia gregum, & armentorum tria millia in id Festum impedit,) à diebus Samuelis non fuerat celebratum. Nec vultus regum Israel festum illud sanctius hoc regi perfecit. Ministerium templi ita disposuit, sedicitur, ut pauci admodum illi praferantur.

Fuit

Fuit sane post Dauidem Rex non felicior, probior, aut sanctior, quam Iosias, sed & qui maiori studio diuina, atque ille promouerit, similem non habuit, neque vix habiturus est. Hoe unum stulte egit, quod Necho Regi Ægyptio bene monenti bellum intulit. Cum enim Necho terrifico belli apparata ex Ægypto in Medos & Assyrios profectus ad Euphratrem propemodum processisset Iosias, quia parum turum sibi videbatur, numerosum exercitum intra Syriae fines tam otiose vagari ab instituto itinere Nechonem conatus est auertere. At Necho amicum se non hostem Iosiae praedicabat, bellumque se non Syriae palæstinæ, sed Medis & Assyriis illatum. Hortatus Iosiam, quem illum ad arma paratum videret, ut, cum nulla lacestitus sit iniuria, ne temere se bello implicaret. Iosias nihil feci contra tendebat in campo Mageddo, & iam aciem in Nechonem struebat, cumque ab uno cornu ad alterum, ut suos ad pugnam hortaretur, discurreret, sagitta temere ex aduerso missa, lætale accepit vulnus.

Id rei impedimento fuit, quo minus utrunque concurreretur, nam priusquam signa canerent, inopinata clade Iudæi perterriti aciem declinarunt. Ipse Hierosolymam delatus paucis diebus ex dolore vulneris moritur, quem annos unum & triginta Rex fuisset

O 4 Se-

Sepultus est in tumulis maiorum, quem yniuersaluxit Iudec, & Hieremias Propheta miserabili carmine interitum eius lamentatus est, assertor enim fuit moris maiorum & sincerae religionis acerrimus. Postremus is in regnum sepulchris conditus est, neque post eum alias rex pius aut laude aliqua dignus in hoc populo vixisse, monumetis proditum est. Duratque eius memoria honorifica in hodiernum usque diem apud omnes.

DE IOSIA,

EPIGRAMMA.

Hic Baalis Phano subuerso solis & aris
Amouit currum, solis equosq; tulit
Incytus & felix vera pietatis amator
Honestifautor, iustitiamq; eolens.
Pralegit turba stans ipse volumina legis,
In sacra Domini forte reperta domo.
Se veneraturum invenit pectore Nume
Toto, promisit talia vom tribus.

DVO:



DVODENARIUS TERTIVS,

DE DVODECIM IMPIIS
Hebræorum Regibus.

DE HIEROBOA REGE I.

HIEROBOAS primus Rex I-
raelitarum natione Euphrate-
us ex Sareda, filius Nabathi, ex
serua matre procreatus, à patre
puer relicitus, ob egregiam in-
dolem indulgenter apud Solomonem primo
habitus, mox murorum operi est præfetus, in
quo munere obeundo cum haud modicum
industriæ specimē edidisset, rex in homine vir-
tutem complexus, præfecturam illi amplissi-
mam in tribu Iosephi dicauit. Ferox igitur iu-
uenis elato animo enixus est plures tribus sol-
licitare ad regnum Solomoni abrogandum,
fretus & vaticinio prophetæ Achiz, qui egre-

O s dienā

dienti ad agrum obuiam progressus, ut Solomoni impietas puniretur, tali schemate magna spem regni illi fecit: Scidit nouum pallium quo fuerat indutus in duodecim partes, vnde data Hierobæ optione, vt ex eo numero, quas vellet decem eligeret, futurum denunciat, quia Solomon grauiter deliquisset, vt breui eius regnum non aliter, quam pallium illud plurifariam scinderetur, quarum duæ duntaxat eius filio, propter Dauidis summum in pietatem studium collatae sunt, Cæterarum imperium ei Numinis prouidentia celsorum. His ille confusus, quum primum ad exercitum venit, res nouas haud obscure moliri coepit, conatus eo multitudinem pellere, vt imperio Solomoni abrogato, in se rei sumam transferret. Sed fatale tempus nondum aderat.

Noua hæc consilia ad Regem delata ingenitem ei curam iniecerunt, de authore tentata defectionis opprimendo. Hieroboas haud ignarus se in Iudea haud posse tutum esse amplius in Ægyptum ad Selsachum regem transfugit, nec longo deinde reuoluto tempore, cu Solomon defunctus esset, ex Ægypto reuectus, regnum sponte ab Israelitis oblatum natus est, dum enim Roboas filius Salomonis grauius quam parens, subditos oppimeret, facta est imperii Hebraici hoc pacto diuulsio. Nam decem tribuum Hieroboas curam habuit,

buit, duarum vero Roboas, idque circiter quater millesimum ac ducentesimum quintum mundanæ originis annum.

Cæterum Hieroboas regni administratio-
nem adeptus, primo visus est eximia pietatis,
post scelestissimus euasit Idololatra. Is enim
primus populum in summam Idololatriam, &
statuarum cultum detrusit. Nam in Sycy-
mensi conuentu rex creatus, cum forte Sce-
nopeia instaret festum, veritus, ne populus
religionis causa Hierosolymam frequens adi-
ret, ibique plurimum dierum commertio à se
alienaretur. Duo igitur vitulina specie simula-
cra ex auro conflata erexit.

Horum vnum in Bethele loco celebri, alte-
rum circa Danem consecravit, multitudine-
que ad concionem vocata, ut erat vir pruden-
tissimus, & frigandi dolos mirus & summus
artifex, populo persuasit, ne Hierosolymam ad
sacra celebrandas se conferrent: sed duo templo-
in quibus aurea vituli effigie signa constituif-
set, velut aras quasdam Deo sacratas, obserua-
rent, ritum Leuitarum & sacrorum ministro-
rum eundem se retenturum, quem & Hiero-
solymiani, affirmauit. Authoritate & soler-
tissimis verbis, quibus pollebar, traxit stultam
multitudinem in suam sententiam. Hinc
miseræ genti, sensim à vera religione auersæ,
omnium malorum, quæ postea leçuta, caput,
& origo perenniter existit,

Adpro-

Adpropinquatibus igitur Scenopeis Hieroboas Bethelem profectus, ipse post ifex ad id
 creatus, cum sacerdotibus sacra inchoaturus,
 astitit aris, erantque hostiae iam altari admota:
 cum Iordan Propheta, quasi Numinis eaducea-
 tor affuit, regemque affatus, primo sacra in-
 hibet prophano ritu inchoari, quibus nisi absi-
 stat, fore obnunciat, ut ex Dauidico genere,
 Iosias prognatus, sacerdotes ad aras iplas, quâ-
 doque credentes obirent, impiorumq; ossa
 (quod & factum est Iosiae probissimi regis tem-
 pore) exsturus sit. Quam oraculi speciem, ne
 vanam arbitrarent adiicit, fore aram illam
 sponte sua in duas esse ruptam à partes, ut quid-
 quid esset illi congestum, fore humi diffun-
 deretur. Nec oraculo fides defuit, quin repen-
 te miraculum est conspectum, ara in duas par-
 tes diuisa, omnem sacrorum apparatus, velut
 ingratum, discussit. Secutum & aliud porten-
 tum, Regis dexter era, quam in Prophetam vio-
 lenter intenderat, subito languore obtorquit
 & contabuit. Ceterum Iordan vates precibus
 regis sollicitatus, pristinam illi valetudinem à
 Numine impetravit.

Interea Roboas rex Iudee defunctus, filium
 Abiam iuenculum ad regnum gubernandum
 reliquit. Quem Hieroboas terribili bellorum
 apparatu est adortus. Sue impietatis hominem
 furie agebant in omne scelus precipite, quip-
 pe præter Iordanis minacissimum responsum,

per

per Achiam quoq; prophetam, ad quem vxor ignoto habitu de salute filii grauiter agrotantis sc̄i citatum Silonem profecta, respontum accepit, fore, quoniam à veri Dei cultu deflexisset, vt grauissima v̄tio omniem eius progeniem sequeretur, his terrificis Prophetarum dictis, non modo ille non aliquid ex pr̄secati impietate remisit, sed tam graui etiam, quam nefario bello Iudaicum nomen implicituit. Putant causam belli pr̄cipuam extitisse, vt Abias fede paterna depulsa, solus ad gubernandum Iudeorum imperium admitteretur. Ad Amorr̄orum montem cum octoginta millibus hominum tumultuose dimicatus, concidit. Verum nec Abias in re tam trepida desedit, quin ex probato impio cultu, & scelerum cumulo, Hieroboam cum exercitu fudit, atque talem te pr̄buit victorem, vt cinciter quinquaginta millia ex Hieroboæ copiis desiderarentur. Hieroboæ rebus uno prælio sed calamitosissimo fractis aduersus regem Iudæ pugnare desit. Dies autem quibus iregnauit, viginti duo fuerunt anni. Et percussit illum Dominus ut morereetur. Rex fuit deploratae impietatis. Vnde quoties literæ sacrae regē quendam impium appellant, Hieroboæ dicunt secutum vestigia. Impietatis suæ inexplabilem pœnam is & eius posteri grauiter inuerunt.

DE

DE HIEROBOA,

EPIGRAMMA.

Hiero boan primum Solomon nutrita in Aula,

Indolis egregia cum bona signa daret,

Vestiit, at postquam malas lanugo tenellas

Enasit princeps regius ille domus.

Hic primus bis quinq^u tribus, quibus imperitabat

A veri abduxit rell gione Dei.

Aurea conficiens specie vituli simulacra

Iras incurrit Numinis ille graues.

DE ROBOAMO, II. I.M.
pio Rege.

DAuidis nepos Roboamus. (Rehabeam legunt alii) filius Solomonis, patre defuncto gubernandi potestate iniit annos natus quadraginta unum, matrem habuit Naamanę Amanitidem. Israelitarum tribus multo libenter illum, quam nouum aliquem hominem obauitam recentemq; patris memoriam regem dixissent nisi duriorem, ac iuuenem decebat, se praebuisset. Petitum erat ab eo publico nomine, si cuperet imperium obtinere, ut aliquid de seruitio, quod sub patre populus pergraue tulerait, remitteret, daretque operam, ut facilem, moderatamq; administrationem omnibus exhiberet: tum futurum ipsum subditis dilectissimum. Nemo erat, qui hæc postulata Roboam

boam recusaturū fuisset, arbitratus. Verum is
longe aliter egit. Cum enim tridū petiisset ad
deliberandum, quid se populo p̄state oportē-
ret, confessim vox illa parum popularis auer-
tit hominum studia à ierum præsenti statu. I-
pse senioribus consilio adhibitis domestice
consultare cœpit, an quæ multitudo petiisset,
recusari deceret. Cum nemo dissuaderet seniorum,
sed facile concedendum, sic studium &
amorem populi vltro sibi conciliaturum. Is
iuniorum & sibi æqualium usus pariter consi-
lio, qui diuersum suasere, vociferantes, nimio
ocio & regis indulgentia populum pessundi-
ri, proinde se Solomonis filium Dauidisque
nepotem ostenderet, ac multitudini diceret.
non ei rem cum puero futuram, cui tam insol-
lenter velut leges prescribere ausa fuisset, sed
cum fortissimo Rege, ex regiaque posteritate
prognato, non se latere quibus artibus multi-
tudo esset compescenda: & quod ad iniunctum
animum, firmamque constantiam attinet, vel-
le eos non ignorare, plus vni suo digito robo-
ris inesse quam paternis limbis, lateribusque.
Proinde non opus esse, ut se indulgentiorem
patre sperarent, parentem quidem cæcidisse
eos flagellis, se vero flagellaturum scorpioni-
bus. Hac ferocia, quum, quod optimum erat
& tempori magis idoneum, repudiasset, à ple-
risque conuocatae concionis reclamatum
est, nihil sibi futurum amplius cum Dauidis-
proge-

progenie, sed alium esse eligendum regem; maximis clamoribus tumultuatum est. Roboas exitum causæ haud feliciter cestrum agnoscens lauientem multitudinem per Adoran, cuius opera in exigendis tributis præcipue vertebatur, ad officium & concordiam reuocare conatus est. Tantum vero absuit, ut id obtinuerit, vt etiam Adoratas lenibus verbis populi iram castigaturus confessim sit lapidibus obrutus. Cuius casu tetritus Roboamus in curram trepide sublatus irrequieto cursu Hierosolymam pœnit, vbi Beniamini tantum & Iuditaæ eum regem dixerunt. Cæteræ tribus magna omnium coulensu Hieroboam Regem declararunt, atque ita factum, vt duo iam inde reges in Iudea fuerint, atque ex una quæ fuerat, sint velut duæ Israelitarum gentes factæ. Roboas delectu ex gemina sua tribu habitu accuratisse, ad centum octoginta millia hominum instruxit ad bellum, vi regnum ex manibus Hieroboæ repetiturus, fuisset quæ id bellum haud dubie cruentum. Cæterum oraculo Roboas per Prophetam Seimeiam monitus, abstinentiam à bello esse, eam populi affectione ad diuinam prouidentiam referri oportere, cui repugnare sit impossibile. His illæ destinato bello abstinuit.

Interea omni recuperandi regni actione deposita, vt suarum partium opes firmiores redderet, plures condidit intra fines suos v-

bes,

bes, Bethlehem, Tecos, Bethsuram, Odollam,
 Sochum, Meresam, Nipam, Adoram, & alias
 plures. Ioachim vero, Zechetā, Hellum, He-
 bronemque instaurauit, munitisque illis dedit
 principes, & horrea illuc condidit. Præterea
 singulis vrbibus fecit sua armamentaria scu-
 torum, & hastarum, firmauitque illas summa
 diligentia, multique mortales antiquæ pietat-
 is ab Hieroboa Hierosolymam perfugerunt.
 Quo factum, vt triennio, quo Roboës mode-
 ratus regnauit, supra modum res eius regni
 creuerint. Sed præsens rerum successus atque
 effrenata libido ipsum quoque, vt patrem, à
 vera pietate & religione in diuersum abstraxe-
 runt. Detinxit is sibi duodecimq[ue]nti fœminas
 matrimonio, quarum præcipue fuerunt, Maa-
 lachi filia Hierimoth, filia Dauidis Abial, filia
 Heliabi, filii Isai, patris Dauidis, quæ peperit fi-
 lios Ieos. Sommoriam, & Sooné, & in his Ma-
 cham sibi coniunxit ex Abialone genitam for-
 mosissimam, quæ peperit illi Abiam, Echai,
 Zizam, & Salumith. Nec tam vario coniubio
 contentus pellicibus est triginta vsus. Quo fa-
 cilius, vt virilis stirpis filios octo & viginti pro-
 genuerit, filias saxaginta. Sed sic solet pletum-
 que euenire, qualis fit rex, talis, & sine dubio,
 plebs. Roboës vita spurcissimis libidinib. pro-
 fligata, cum eo mox reliqua multitudo in o-
 mne nefas & scelus abiit. Cæterum secuta est
 diuina vltio. Sesachus enim Ægyptiorum Rex

P quinto

quinto anno eius imperii, cum sexaginta milibus peditum, equitum quadringentis, curribus ad bellum instructis mille & amplius, Roboæ, regnum ingressus primo occursu urbes Hierosolymæ circumiectas cepit, regis post urbi copias admouit. Tunc Rex & alii favore Numinis destituti diutina obsidione fractitatem anisko, omniq; spe futuri accessus abiecta, certis conditionibus hostem intra muros exciunt. Tum Sesachus fœdera aspernatus omnibus sacris thesauris tēplum Domini spoliat, regiæque domui clypeos & hastas aureas ademit. Roboas ut facie cladis illius domesticas refacit pro aureis hastis & clypeis, parinumero ære factas reposit. Semeias vates Roboæ dixerat, à numine monitus, extinguendos quam peccitantiam egisset, cum suis liber iterum evasit ex manibus Sesachi. Vixit Roboas plures inde annos, homo omnibus ingratus, & omnis pietatis atrocissimus osor, perire annos natus octo & quinquaginta, cum septendecim regnasset, omnibus flagitiis & infamia obnoxius, Sepultus est Hierosolymis.

DE ROBOA,

EPIGRAMMA.

Hoc Solomon monstrum genuit, populator honesti
Quifuit, cuerens omnia iura Dei.

DE

DE NADABO, III. IM-
pio Rege.

Nadabus filius Heroboæ, diræ superstitionis rex fuit, regnauit anno mundi 2993 ritum paternum complexus, tam impie, atque pater res Samariae administrauit. Nec felicius quam ille Palæstinis bellum intulit. Imperii gubernationem ingressus est anno secundo Azæ Regis Iudæ. Gebethum urbem Philistarum magna cinxit obsidione cum vniuerso Israele. Tandem susceptus fraudulentio hospitio à Baesa, æmulo ipsius, insidiis hospitis percussus est. Sicque in hoc Nadabo stirps & regnum Hieroboæ desit, vt per prophetam Achiam Deus perfido Hieroboæ fuerat minatus, de posteritate eius penitus extirpanda, Duobus tantum annis Rex præfuerat Israelitis, cum infeliciter vitam finiret.

DE NADABO,

EPIGRAMMA,

Criminibus variis Nadabus commaculatus

Insani fecit criminâ multa patris.

Imperium postquam rexisset pene duobus

Annis, insidiis casus in hospitio.

P. a DE

DVODENARIUS III.
DE BAASA, REGE III.
impius.

Baasas insidiose Nadabum regem interi-
mens, rerum & imperii potitus est, filius
Ahiæ, ex tribu Isascharis infima natus sorte,
diuina clementia ad imperium euectus regna-
uit anno mundi 2993. Hic omnem Hieroboæ
progeniem crudeliter extinxit. Quod ad vitæ
conditionem attinet, neq; Hieroboæ, neq; eius
filio impietate & scutitia inferior fuit. Ram-
atham urbem cepit, captamque ad destinatum
hostem bello laceendum valido præsidio fir-
mavit. Aza rex Iudæ haud ignarus bellicæ ma-
chinæ per regem Damascenum facilime pro-
curauit, vt à Ramathina munitione abstineret.
Quieuit ergo Baasas à munitionibus firmans,
intra fines suos se cotinens. Quem Hiechū
prophetes filius Anani, similiter vt Hierobo-
am, propter impietatem corripuit, acerrime
monitus oraculo. Postquam enim Hieroboæ
peccatis inhæserat, id ē iudicium, quod de Hie-
roboæ, de illo decisum est, nimis um quod po-
steritas Baasa mortua in ciuitate, deuoranda
sit à canibus, quæ vero in campo, à volucribus
cœli. Ceterum is (vt indurati plerique solent)
vatis admonitionem paruipendit, imo perti-
nacissime reclamando vatem interfecit. Qua-
re omnia quæ vaticinatus fuerat, postea in eius
progenie completa repetiuntur. Thersæ vixit,

&

& quatuor viginti annos obtinuit imperium.
 Quo ad vixit; more Hieroboꝝ sacrificauit au-
 reis vitulis. Quidam illum vicissim ut antecel-
 forem occiderat, ita illum quoque per Creo-
 men domesticis insidiis obtruncatum ferunt,
 Thersa sepultus est.

DE BAASA,

EPIGRAMMA,

Hieroboꝝ penitus prolempietate sinistra
 Vixentem extinxit, nec pius ille fuit.
 Cuius progenies taliratione perempta est,
 Hieroboꝝ quali fecerat ille gregi.

DE HE LA, REGE V.
impio.

NOA inferior flagitiis & omni vitiorum
 genere fuisse legitur. Regnauit anno mū-
 di 3016. vino deditissimus erat, patri in regno
 successit anno vicesimo sexto regis Iudæ Azzæ.
 Et tantum biennium regia maiestate Thersa
 functus. Hunc Zambri equitum Præfectus
 minister eius potantem & temulentum in cdi-
 bus Arsæ præfecti apud Thersam occidit, an-
 no vicesimo septimo Regis Azzæ Iudæ. Acne
 quid ad occupandum regnum sibi moræ sit,
 post Regis eadem, omnes ex Baasa domo ad v-

230 DVO DENARIVS III.

num sustulit. Quod futurum Propheta multe
ante dixerat.

DE HELA,

EPIGRAMMA,

Inferior vitiis vixit non iste parente
Dum potus sequitur te fere Bacche perit.

DE AMRI VI. IMPIO

Rege.

HElæ Regis Israelitarum cæde ad exercitū
perlata, apud Gebethum, ingens mili-
tum animos cepit indignatio, Amrique sibi
Duce designato, vlciscédi sceleris studio con-
festim motis castris iin Zambri regiæ cædis
authorem tendunt. Erat tum ille Thersæ. Cæ-
terum se ipsum interimens seditio inter mili-
tes propter Amri & alium quendam Themanem
elegerant, verum militari seditione illo inter-
fecto, Amri Rex est salutatus qui duode-
cim annos rerum potitus. Anno mundi 3020.
regnauit Samariæ, nihilo fuit in populum mi-
tior quam cæteri, pietatis & religionis hostis
iuratus. In omnibus peccatis vixit Hieroboæ,
neque quicquam laudabile fecit, nisi quod
montem emit Samariæ à Somer duobus ta-
lentis argenteis, & condidit ibi ciuitatem,

eam.

eamque Somer nuncupauit. Aedificauit etiam Samariam, & propter loci oportunitatem, au-
lam & dominium in eam transtulit. Genuit Achabum tyrannum immanissimum. Mortu-
us est Samariae, ubi tumulo conditus iacet.

DE AMRI,

EPIGRAMMA,

*Flagitiis vita multis fuit obrutus Amri
Milibus letiis rex fuit ipse suis.*

DE OCHOZIA, REGE VII.

impius.

O Chozias filius Achabi, nihilo patri erga religionem melior, omnem cōmisit abominationem. Baalis simulacrum coluit, & Be-
elzebub dæmoniorum principem, si quisquā regum impiorum impie vixerit, hunc fuisse puto. Nam etiam ab ipso vate monitus, quan-
ta maneret ipsum pœna nusquam resipuit anno decimo septimo Iosaphati regis Iudei imperium accepit, & biennium regnauit inter Israëlitas. Cum Moabitæ (vt & temporale susti-
neret pœnam) subita defectione annum tri-
batum, scil. trecenta ouium millia intōsa dare soliti abnegassent, in medio belli apparatu per seadas decidit. Quū v. modica spe vitā traheret,

P 4 Acha-

Acharonem misit, qui ex vano quodam gentis oraculo sciscitaretur, an ex eo lapsu esset reca liturus. Iis qui missi fuerant, Helias angelus hor tam progreslus obuiam monuit, impie facere Ochoziam, qui alienam superstitionem secutus, dæmonum imploraret prestigias, vnde regi nunciarent futurum, ut non multo post vitam cum morte mutaret. Hic commotus Ochozias petiit, quis esset is, à quo illud responsum accepissent, dixerunt legati, nescire se, habitum autem descriperunt, hirsuto corpore & scorteal percinatum hominem, sensit rum Ochozias, Heliam esse, misitque ad eum tribunum cum militum dimidia centuria, qui si venire ad se recusasset, vel in uitum traherent. Repertus est propheta sedens in monte, minaciter iussus ad Regis conspectum properare, miraculo contigisse aiunt, ut cœlesti flamma tribunus, & qui cum eo fuerunt, continuo sint absumpti. Ac similem cladem expertos, qui secundo deinceps loco à Rege venerant. A postremis mitius appellatus in urbem venit. Hic Ochoziam coram instituit, quæ de ipsius interitu cognoverat. Nec Ochozias multum interfuit, sed ex Prophetæ dictis mortuus est. In cuius locum, cum sobole careret,

Ioras frater suffectus
est.

DE

DE OCHOZIA.

EPIGRAMMA.

Damonis auxilium quae sicut numine spreto,

Impietate malus mortuus inde sua

Impietate viro nulli fuit ille secundus

Omnigeni princeps flagitiisq; fuit.

DE IORA, REGE VIII.

impio.

Ioras filius Iosaphati primogenitus, Rex Iudaæ; de Ioram Rege Israelis, auunculo suo nominatus, degener, impius, infelix. Omnes fratres suos, ut imperio solus potiretur intermit, & multos primates patris sui consiliarios trucidauit. Imperio præfuit anno mūdi 3047. Triginta duorum annorum fuit cum gubernacula imperii teneret, duxit Gothiliam filiam Achabi, fœminam supra sexum crudelem atq; futiosam, in cuius vestigiis ut improbus ambulauit imperator. Et nisi Dominus perpetuam lucernam domui Davidicæ promisisset, hunc regem cum omni posteritate deleuisset, Edomitaæ noluerunt eius imperio subiici. Quare transiens Iordanem apparatu bellico illos profligauit & duces eorum. Illi tamen hac clade nihil obedientiores, quinimo rebelliores quam antea easfere, neque Imperio Iudæ villo-

P. 3 modi

mōdo volebant tributum exsoluere. Defecit à Deo, & excelsa in vrbibus Iudæ ad imitationē socii condidit, atque multos peregrinos, & Idololatricos induxit ritus. Nō potuit Numen crassissima diutius perferrre scelera. Itaq; missis literis per Heliā admonitus est, quoniā omnibus aliis ante se regibus aequior esset, quinetiā fratres meliores se occidisset, euenturum, vt à Numine puniatur atrocissime, vxores n. filios, & oranes eius facultates direptum iri, & ipsum lēta tabe consumendū, donec scelerum admis-
sorum pœnā lueret. At is Prophetæ literis tam acerbe obiurgatus, non solum non melior, sed more ingenii humani, magis insolētior factus est, rex nimirum aduersus virum humilem, & imperare suetus, nihil curās religionis Doctorem. Quapropter vt omnia vatis oracula completerentur, suscitauit Dominus contra Ioramū Philistæos, & Arabes, qui depopulati terram Iudæ omnes eius fines diripuerunt, omnemq; substantiam, insuper filios eius & vxores. Nec illi filius præter Ioachā, qui minimus natu superstes mansit. Præterea grauissimum dolore ipse languore alui expertus est, idq; sensim: nā biennium intolerabili tabe consumptus est, egescit viscera vitalia vt moreretur, quo mortuo non celebravit populus more aliorum regum eius exequias. Sepultus quidem est Hierololy-
mæ, sed non in regiis monumentis, octo tantū annos potitus est imperio, natus vero quadraginta annos mortuus est.

DE

DE IORA,

EPIGRAMMA.

Occidit fratres Ioras Rex improbus omnes,

Imperio solus posset ut esse suo.

Achabi duxit natam, que numine mentem

Auertit, venerans Hieroboaq; Deos.

Philiste natos, uxores, cuncta tulerunt.

Captiuos, scelerum pena secuta grauis.

DE IOACHA, REGE IX.

impio.

Ioachas filius Hieu, Rex Israelis, vicesimo tertio anno Ioas, filii Ochoziæ, regis Iudæ, ad regni moderationem peruenit, Hieroboæ mores secutus est. Quare furor Numinis grauiter in illum incensus, nam tradidit eum in manus Azahelis regis Syriæ, & in manum Benadabi filii Azahelis cunctis diebus. Oravit tamen Ioachas, ut ex captiuitate liberaretur. Quod factum est, nam seruatorem qui è captiuitate educeret, dedit. Neque tamen ille ab Hieroboæ Idololatrico ritu destitit. Sed ut prius, eam religionem prosequi cœpit, siquidem lucos non destruxit Samariæ. Omnia ante se regum fuit infelicissimus. Nam armis Syriacis ita attritus fuit, ut non ultra quinquaginta equites: & ex omni flore iuuenturis ac populo potentissimo ultra decem peditum millia posset armare amplius.

Decem

Decem & septem annis regnauit Samariae, vir
omnis pietatis & honestatis osor, improbissi-
mus tandem è vita migrans sepultus est à suis
Samariae, & filium Ioam imperio reliquit.

DE IOACHA,

EPIGRAMMA,

*Flagitio simili vixit, statuaq[ue] boniles
Hic coluit, scelerum grandis & ansa fuit.
Captiuus quanquam sit libertate potitus
Numinis auxilio, is tamen ecce malu.*

DE PHACEIA, REGE X.

impio.

PHaceias quinquagesimo anno Azaria, Re-
gis Iudeæ imperii habenas sortitus est, vir
tristi ingenio & moribus efferatis, omnique
nequitia cumulatissimus, filius Manahen ty-
ranni immanissimi, & Regis Israelis, non recul-
lit ab Idolatria Hieroboæ, sed in iisdem ritibus
perseuerauit. Vnus igitur ex eius optimatibus,
Peca nomine, qui à rege tertius censebatur,
turri domus regiæ iuxta Argos in Samaria,
cum coniuratis duobus ingressus, & locum
munitissimum adiens, & sine suspicione ad-
missus, regem in suo conclavi ense traiecit, &
cum eo quinquaginta viros ex filiis Galaadita-
rum

rum necavit. Duos annos Imperium obtinuit
Samariae, eo indignissimus.

DE PHACEIA,

EPIGRAMMA;

*Vt prior Hieroboae veneratus signa Iunenorum,
Ductoris proprii cæsus & ille dolo.*

DE ACHAZO, REGE XI.

impio.

A Chazus, qui & Achamus, agens annum
vigesimum imperium Iudeæ consequutus
est, filius Iothami, pii regis Iudeæ, longe diuer-
sus à patris instituto vixit. Omnium enim re-
ligionum & cultuum externorum fuit imita-
tor insipiens, more Moabitico, filium igne
cremavit: ritu Syriaco aram maximam fecit:
exemplo Philistinorum statuas Baali erexit: &
sub omni loco virenti altaribus constructis
thus cremavit. Non diu autem gerens impe-
rium debitas expendit pœnas. Bello à Rasino
Syriae, & Phaceia Samariae, regibus illi orto-
Hiuncta inter se societate, illum aliquandiu
Herosolymis arcta obsidione presserunt, vr-
bibus interim plerisque ex eo captis, direptis
& incensis, atque in his Athilacha Erithræo
mari adiecta, antiquis cultoribus cæsis nouos
Rasinus Syriae Rex induxit colonos. Vrbs re-

gia

gia cum valde munita esset, capi non potuit,
cuius potiundæ spe abiecta hostes soluta obsi-
dione diuersi in suum vterque redierunt im-
perium. Tum Achazus scelerum futuris agita-
tus omnem vltionis iram detorsit. Valido itaq;
exercitu ad bellum instructo, Samaritan regni
fries hostiliter adortus, Phateiam ad arma co-
pulit nec ita multi præteriere dies, quibus cru-
enta acie Achazus ab hoste victus, centum tri-
ginta hominum millia amisit, & in his Maasiā
filium iuuenem impigrum, & Ezricam ducem
domus regiæ, dein Helchanam secundum à
Rege. Ceperunt quoque Israelitæ ducenta (in
hac pugna) millia mulierū, puellarum & puer-
orum. Cæterum Odida monitu Prophetæ
Phaceias captiuos domum remisit. Nec Achazus
(licet victus) quieuit, sed reparando bello
intensus in Assyriam ad regem Thada Sapha-
rum suos misit, qui magnis illum corrumpe-
rent muneribus, ut in societatem belli veniret.
Nec Assyrius postulata obruit, ictoque cum
Achazanis födere, Syriam hostiliter inuadit,
agrum populatur, Damascum expugnat Ras-
mumque in suam potestatem redactum, ob-
truncat. Inde Samariae fines ingressus subita
excursione ingentem hominum multitudinē
in agris opprimit, captiuos multos cum Da-
macenis ad hoc ipsum seruatis, in superiorem
Medium transtulit. Achazus aurum, quod cū
Assyrio per legatos fuerat pactus, bona fide
persol-

persoluit. Inde eo faroris processit, ut augustissimum Dei templum claudi iusserit, inhibueritque sacra fieri. Deos vero alienos accersiuit, & Idola in urbe sacra statuit, a raque in templo Dei euersa, Regi Assyriæ gratulatus, similem Damascenæ construxit. Omnis impietatis contumax auctor, cuiusvis nouitatis stultus executor, hoc uno felix quod Ezechia reliquit filium, cui etiam moriens regnum tradidit. Sepultus est Hierosolymæ, sed non in regiis monumentis, cum vixisset sex & trigin: a annos, regnassetque annis sedecim; & honore & luce ista indignus.

DE ACHAZO,

EPIGRAMMA,

Obiulit & sobolem Molochi perfidus ignis

Quare perpeccus plurima ab hoste mala.

Peruetuit templo celebrari festarecluso,

Omnia contempsi dogmata sacra Dei.

DE SEDECHIA, REGE XII.
impi.

Sedechias qui & Mathathias, Regis Ioachim patruus, cuius mater Amithel filia Hieremia Lobnaensis fuit. vir instabilis nequitiae, nascitur anno mundi 3365. annu agens vigesimum primū, Nabuchodonosor Ioachimū regem Iudæ cum matre & necessariis omnibus, præter hunc Sedechiam quem Regem consti-

constituit, in Babylonem traduxit: Mansit ergo octo annos in sedere, postea homo sua sponte leuis, paucorum consilium secutus ab Assyriis ad Aegyptios defecit, Hieremia Hierosolymis, & Ezechiele, qui tamen in Babylonia cum aliis seruiebat, urbis & regni excidium prædicentibus. Rex Babylonius hostis Sedechia perfidiam ultutus maximo cum exercitu Syriam ingressus, præcipuā regni partem ferro & igni deuastauit. Et iam castra Hierosolymis admouerat, quum Aegyptiorum bellicus apparatus aduentaret, Asyrius soluta obsidione hosti obuiam processit, quem prælio superatum finibus Syria expulit. Persuasum habuit Sedechias, & qui illi in inuidiam Hieremias adulabantur, hostem ad osidionem non rediturum. Sed prædicente Hieremia cæpta est iterum urbs obsideri, hæsitque hostis mœnibus duodeuiginti mense.

Præmebant autem duo inopportuni hostes ciuitatem fames & pestilentia, oppugnabatur ergo urbs aggeribus bellicisque machinis. Res per regios præfectos impigre gerebatur, tandem post multos hinc inde exhaustos labores urbs noctu cæpta est. Sedechias ubi hostem intra mœnia sensit, ab eoque iam templum teneri, cum vxoribus, liberis, & amicorum plenisque intempeste noctis usus beneficio urbem clandestinæ egressus est, & in deserto absconditam meditatus fugam. Hostium duces

per

per deditios Sedeche fuga cognita, expeditos equites, vbi illuxit, ad eum è vestigio perse- quendū misere. Et iam aliquid confecerat iri- neris, confusis fore ut cum iuis turus effugerer. Ecce de improviso frementes insequantur hostes, & regem à suis desertum comprehen- dant, Rex cum liberis & vxoribus capit. In- de ad Regem perductus ingratitudinis primo & perfidiæ redargutus, quod regnum benefi- cio adeptus ad hostes contra fœdus & iura de- fecisset, mox vt dirum secum spectaculum fer- ret, iussit Victor Assyrus, filios & cognatos co- ram eius intuitu interfici. Ipsum iniectis cate- nis luminibus priuavit, Babylonemq; ad per- petuam traduxit custodiām. Vnde decim regna- uit annis Hierosolymis. Sic nobilitate fere o- mni ferro extorta, libertas omni populo ad- empta fuit. Templum, regia vrbs, igne à Ne- buzardano Imperatoris Præfecto succensa, turres & meenia complanata, regia domo flo- rentissima in potestatem barbarum redacta. Rex cœcatus, in carcere mortem obiit, Iudæ Rex postremus & miserrimus. Duraueratque regnum à Rehabeamo Solomonis filio, vsq; ad Zedechiæ exilium annos trecentos nonaginta quatuor, menses sex, dies sedecim: cuius va- stitatem multi prophetae denunciarunt: in- primis Ieremias & Ezechiel, ille præsens non interposito silentio hic absens, missis etiam è Babylone literis, quo captiuum deducturum

Q regem

242 DVO DEN. III. IMP. REGVM.

regem Ieremias prædictum, non visurum Eze-
chiel narravit: Ac sane euentus vaticinio re-
spondit. Cum enim visu orbatus esset, non vi-
dit, quamvis esset in urbem introductus. Est
autem illa calamitas plurimis verbis & saepius
regi & populo significata, ne quis suæ impieta-
tis & incredulitatis ullam excusationem inue-
niret.

DE SEDECHIA,

EPIGRAMMA,

Successit patruo captivo Rex Sedeckias
Perfidus & vanus, parvus, inanis homo.
Hostis perfidiam rex vltus, luminaraptat,
Et natus casis coniugibusq; prius.

DVO.





DVODENARIUS QVARTVS,

DE DVODECIM TY-
rannis.

DE PHARAONE I. TYRANNO
Rege Ægypti.

LIM omnes Ægyptii Reges nuncupati à Pharaō Insula vetustissima, quæ Alexandriæ iacet obuersa, quam Prothœum tenuisse quondam Homerus significare videtur. Et sicut in nostra tempestate Imperatores, Cæsares dicuntur, ita quondam apud Ægyptios, quū alioqui singulis cognomē esset, Reges, Pharaones & Pherones vi Herodotus testatur appellati sunt. Hic v. statim ab illius Pharaonis temporib. cui Ioseph⁹ patriarcha seruuit, imperiū accepit. Tyrannus immanissimus, & inexorabilis, nulli cedēs impietate, & scelere, honesti oppressor, iustorū psecutor, &

Q 2 bre-

breuiter omnis mali scaturigo. Acceperat ex
Ægyptiaco quodam sacerdote oraculum, He-
braeos puerum habituros, multum regni opi-
bus obfuturum.

Deinde cum videret Iudeos in Ægypto ma-
ximum habere prolis incrementum, permo-
tus partim oraculo, partim veritus, ne ab illis
opprimeretur, nutriti veruit omnem Israelita-
rum stirpem virilem, quæ nasceretur. Capitale
futurum edixit, si quis marem tolleret, obste-
tricibus adhæc indigenis dedit negotium, vt
omnia attente explorarent, ne in cuiusquam
puerperio fuerit dolus. Et quanquam sedulo
præcauere volebat, nc ipse ab Hebreorum in-
teriret gente, tamen ordinationem Dei prohi-
bere nequivuit. Nam Themura eius filia, tor-
te cum æqualibus circa Nilum puellari lasciuia
suberrans, inuenit Moysen puerulum à paren-
tibus expositum. Quo educato illa pro suo Pha-
raone etiam vidente, nutriti, & vt erat libero
ingenio, paternæque indulgentiæ secura, sæpe
parenti monitrauit, & vlnis suis baiulauit. Fe-
runt Moysen paruo diademate à Pharaone co-
ronatum, id insigne inter crepundia arreptum
humi afflixisse, pedibusque conculcasse. Acce-
perunt, qui tum circa regem steterant non sine
gemitu id omen. Nec fatidicus sacerdos, qui
tum forte aderat, temperare potuit, quin tum
quoque regem fatorum admoneret, hunc sibi
puerum videri, quem magnam aliquando cla-
dem

dem Ægyptiis illaturum fata portenderent. Territus oraculi voce Pharaon non multum aberat, quin puerum è filiæ complexibus arrestum suis iugulandum tradidisset, sed fatorum necessitate nihil damni Moysi inferre potuit. Verum cum iam per ætatem adoleuisset, in maximam incidit inuidiam Pharaonis, adeo ut quam occultissima se subtrahere fuga cogeretur. Pharaon interim Israelitas premere, crudeliterque vexare. Nullum erat regiæ insania opus, cui non illi seruiler admouerentur. Misero illos etiam exercuit odio, & ne gens ab opere & a rumbis aliquando respiraret, aliqua de industria meditatus, ut miseram gentem assiduo torqueret labore. Intolerabile igitur turpeque seruitium cura, & dolor tantus Iudeorum animos versabat, lamentari iniquam tortius gentis sortem, oculos ad cœlum tollere, Numenq: suppliciter precari, ne populus verè pietati addictus impii regis iniuria occumberet. Denique sine intermissione Domini implorantes auxilium, per Moysen & Aaronom peroratum est coram Pharaone, ut dimitteret Israelitas, per triduum Numini celebraturos solennia in deserto. Rex pertinaciter recusat & maxima cum ignominia blasphemat; Quid nam & quale Numen illud? scilicetatus. Visis etiam signis contemptus mandatum Domini. imo & suos Ariolos & Magos eadem quæ Numen iussit miracula operari. Magicas incanta-

Q 3 tio-

tiones, miracula diuina esse, dixit, neque suis
sacerdotib. ignotas. Et aliquot accersitis, quū
illi ab initio non nihil præstisſent, Moysen &
fratrem cum Deo suo ludibrio tenuit. Quare
longe infestior Hebrææ genti, majori quam
vnquam fecerat, seruitio diuexauit. Tū Moy-
ses ludibrio se cum fratre fieri cernens, vt regis
emolli ret animum, iubet fratre, oraculo mo-
nitus Nylum virga percutere, quo percusso sta-
tim sunt fluminis aquæ in cruentem veriæ, vn-
de plures dies siti Ægyptii laborarunt. Eo pro-
digio Pharao adhuc magis irritatus, Iudæos &
ipsum Numen execrari cœpit. Tum teterimē
clades alia super alias secutæ. Vis primo ran-
rum ingens non solū agros, sed & domos ipsas
infestissimo agmine obſedit, quibus vulgo
morientibus, teter pestilensque odor omnem
cœli tractum multa labe infecit. Phthiriasis de-
inde tabida corpora corripuit, vt neq; balneis,
neque medicamento ullo ab ea fordium iniu-
ria miseri accolæ defendarentur. Secutus in-
festissimus muscarum incursus, ignotæ que an-
tea bestiarum & locustarum figuræ monſtriſ-
co aspectu agrestes territare & omni culu-
gros inuolare. Lenta etiam tabe corpora sua
ſponte ulcerosa ſunt reddita. Deiecta & gran-
do est de cœlo, cum tempeſtate horrenda, ad
id tempus ipsi terræ ignota, quæ ſata, fruges, ar-
bores, omne pecus miserabilis strage conſum-
psit, oborū adhæc tenebræ viſum mortalibus
ade-

ademere. Huiusmodi malis concussus regis animus, nec tamen vietus. Aliquoties tantisper annus, dum haec vel illa remittereret clades, laxandi populi spem fecit Moysi, sed à periculo saeuior ad iniuriam consurrexit.

Postremo minatus est se in Moysen capitaverunt animaduersum si postulareret vterius Hebrewos dimitti. Hic res miranda traditur, nocte una omnes hominum pecudumque primogeniti percussi ad unum, & filius ipsius Regis, periire. Tum demum fractis animis Ägyptiorum, Princeps à Rege flagitarunt, ut misericordiam faceret gentem, cuius tot Ägyptus cladi bus suisset paucis diebus affecta. Hic abeundi potestate facta migratum est ab universalis gente ex Ägypto. Cœpit populum Moyses per inuia & deserta loca ducere, veritus ne si Regem consilii peniteret, arreptis subito armis inermem multitudinem persequeretur, eamque aut foede trucidaret, aut quod calamitosius esset, ad perpetuum retraheret seruitium. Sollicitus igitur per auersa iterum loca ac pene inacessa duxit, donec triduo ad mare sit peruentum. Nec Moysen fefellerit opinio, etenim postquam Pharao à trepidatione & cæde illa nocturna paululum respirauit, reputans secum animo, quantū regni opibus adimeretur, si tata multitudo hominū uno tempore sua indulgentia, aut inertia potius,

Q 4

ex

ex Ægypto fugeret, ea quæ acciderant, veluti
Magica fraude facta esse credidit, cum fabri-
rio exercita è vestigio insecurus est. Hærebat
sterili maris littore trepida multitudo, ingenti
mari & montibus interclusa. Hic miraculum
ingens fieri (ut effugerent insidias Phœtaonis)
contigit. Mari virga Moysis percusso, fluctibus
in diuersa abeuntibus, patefactum repente est
æquor, & populo paratum iter. Moyses omniū
primus vada ingressus, aquis hinc inde ir. mu-
rorum speciem stantibus, omnem secum tra-
xit multitudinem. Nec Israelitarum progres-
sus ad mare fecellit hostem. Quare lætabun-
di eos subsecuti sunt. Et iam cum curribus, &
equitibus medio mari Rex & regius exercitus
insistentes pugnare volebant, fluctus qui plu-
res horas immoti steterant, regem cum omni-
bus copiis obruerunt, atq; submerserunt. Hoc
pacto crudelissimus ille tyrannus & immanis
bestia Deum contumeliis afficiens vitæ finem
nactus est.

DE PHARAONE,

EPIGRAMMA,

Durus & immanis Pharaon Rex atq; tyrannus
Ægypti, spexit infarellata Dei.
Seruitio turpi mox Iudeosq; repressit,
Perderet hic populus ne sua regna, timens.

Infan-

Infantes iussit mactari à matre rubentes
 Et risit cælis impius ille Deum.
 Correptus q[ui]lare est pœnis b[ea]tus quinq[ue] cruentis
 Dum non mandatum perficit ille Dei.
 Prima fit vnda cruor, ranis tegit altera terram.
 Grex q[ui] venit musca, post genus omne granat.
 Interit onus animal quinto, sexto vulcera mitit,
 Fit tonitru[m] & grando, deinde locusta volat
 Horribiles crescunt tenebrae, postrema necauit
 Primitias omnis mors violenta suas.
 Fluctibus aquoreis est mersus, dum fugientes
 Sectatus curru[m], milite, principib[us].

DE ADONIBEZECHO II, tyranno.

Adonibezechus, qui & Bezechus, Rex Cæ-
 zechinorum, homo elato spiritu, & fe-
 rocissimi ingenii, Israelitarum fortunam cum
 Duce Iosua extinxit ratus, sepultamque ia-
 cere cum valido exercitu, eos adortus est. Hu-
 ius conatibus Iudas occurrit, Is ut erat impi-
 ger, cum subiaria tribulum suorum manu, &
 Simeoniz gentis appendice cum hoste con-
 gressus modico illum negocio superavit. Fu-
 git Adonibezechus; Sed captus viuus in hosti-
 um potestatem venit, cui Hebraici duces ma-
 nus & pedes præciderunt. Ferunt illum cor-
 pore fœde mutilatum, dicere solitum, id sup-

Q5 plicii

plicii se merito expendisse, quod septuaginta olim Reges à se bello victos pari clade affecisset, ac sub mensa velut canes reptantes paucis- set. Memorabile factum tyranni perpetravit hic Rex, quare non incommodè inseritur huic collegio. Hierosolymæ vixit captiuus, ubi & mortuus est.

DE ADONIBE ZECHEO,

EPIGRAMMA,

*Bezechus fuerat faribunda mente tyrannus,
Vnde sui sceleris suppliciumq; dedit.
Vngues huic victor manib; pedibusq; recidi
Curavit, vinclitus compede deinde fuit.*

DE EGLONE, REGE MOABITARUM III. tyranno.

*E*glon Rex Moabitarum ferociissimus homo, Israelitas seruitio pressit annos duodecim, corpore crassissimo fuit, suæ tamen tyrannidis promeritas luit pœnas. Aiothus enim Beniamites, (quem Ehudum alii dicunt) cum Egloni, nomine publico Israelitarum, munera obtulisset, impetu diuino incitatus ad patriam liberandam, magnum animo facinus concepit. Ex itinere nimirum reuersus in regiam, tanquam rem arcanam nūciaturus, cum ad E-

ad Eglonem arbitris remotis, sine suspicione
admitteretur, manu sinistra quam solam expe-
ditam habebat, regem in conclavi transuei be-
rauit, & sicam cum capulo adactam, quā retra-
here non posserat, in hominis obesi abdomen
reliquit, (quo de paulo infra vberius.) Vnde
ab illius seruitio Hebræi liberati, Moabitas
prægrandi deuicerunt prælio, iugumque ser-
uitus à se fortiter remouerunt.

DE EGLONE,

EPIGRAMMA,

Cogeret Hebreos Eglon seruire Tyrannus

Dum fæde, serui concidit ille dolo.

DE GOLIATHO GIGANTE,
& IV. Tyranno.

Goliathus vir Philistæi generis, immani
statura, patriam Gethum habuit, insigni
armorum habitu, senum cubitorum & pal-
mam eius tuisse staturam Bibliaca referunt vo-
lumina, lorica quinque millium siclorum in-
dutus fuit, ferrum hastæ præfixū siclos habuit
sexcentos, id est, drachmas mille & ducentas.
Ocreis armatus æreis, & clypeo tectus æreo
humeris. Hastile portauit quasi linatorium te-
xentium. Hic maximæ fuit audaciae & seueri-
tatis. Cōspicuo nāq; cōstitutus loco, crebro in-
clamauit

clamauit horrenda vociferatione, paratum se
eum quolibet fortissimo Iudæorum congregandi.
Monomachiam vero, cum omnes ab eius ter-
refierent conspectu expetiit, qua, voluit, si vin-
ceretur, (quod minime putabat) Philistæos
seruire debere Hebræis, si contra viniceret,
Hebræos perpetuo seruire Philistæis. Ducauit
ea prouocatio plures dies, non sine Hebræo-
rum rubore, qui tacita confessione se eo gene-
re pugnandi victos propemodum fassæ. Dauid
solus rei pecuariæ studiosus ex agro ad fra-
tres circa Saulum commorantes profectus, vi-
dit Goliathum ex solita statione progreedi, atq;
solito more fortissimum quemque Israelita-
rum prouocare, ad cuius vocem cum modestum
silentium teneretur, Dauid gentis contumeliam
ferendam haud ratus, impetravit à rege, &
principibus militiæ, vt Monomachiam cum
tyranno & incircumcisso inire liceret. Cæte-
rum iam profectus ad aciem Dauid, Philistæi
lætitia exultabant, certamque recuperandi re-
gni spem fouebant, ob exilem Dauidis statuæ,
& imperitiam virunculi. Dauides collatus cū
Goliatho, vt puer septennis, erat initurus pu-
gnam cum viro robustissimo & vastissimi cor-
poris. Goliathus procedebat, & ingens robur
spirans, armis egregie instructus, tam certami-
num, cupidus quam peritus. Dauides contra
ingnarus belli, nullis armis nisi pastoralibus
indutus puellus iudicabatur. Goliathus ve-
nientem

nientem pusillum intuitus, bacillo armatum
velut ad canes verberandos fuste duntaxat in-
structum horrende intonat, ac risu iuxta atq;
conuictio excipit. Nec David immane corpus
clamoremve exhorruit, sed futuræ dimicatio-
ni intentus subita fundæ excussione lapidem
in tyrannum immisit, quo iactu, casside ænea
perrupta, caput Goliathi confestim diffusum
est. Goliathus cum magno corporis & armo-
rum fragore concidisset, ingens lætitia ex me-
tu Israelitas inuasit. Contra ingens trepidatio
Philistæos cœpit, qui pactorum immemores,
sine imperio, sine signis effusi passim diffuge-
runt, David Goliathi caput proprio gladio re-
secuit, & hasta affixum in trophæi speciem an-
te sacram aram stante. Gladium autem in No-
leano templo reposuit. Arma in suo taberna-
culo affixit, corpus vero truncum alitibus &
bestiis abiecit in agro. Hoc pacto tyrannus i-
psæ, & eius audacia pusilli virunculi iactu per-
ierunt.

DE GOLIATHO,

EPIGRAMMA.

*Grand bus Hebreus armis ad bella vocauit
Andax plus aquo, verba superba dedit.
Tandem Iessai funda prostratus inermi
Occubuit pueri: perdidit atq; caput.
Quemq; virum nullus Iudaum tangere nixus
Opilio vicit, militiaq; rudis.*

DE

DE SAVLE PRIMO REGE
Iudæorum, V. Ty-
ranno.

Saul primus Rex Iudæorum filius Cissi, ex tribu Beniamin, proceræ staturæ, & miræ fortitudinis adolescens. Israelitis Regem à Numine petebat; sed dum forte à pare ad asinos, quia grege aberauerant perquirendos missus est, in itinere ad Samuelem diuinationis fama diuertens, Rex Israëlitarum anno mundi 2870. inunctus est. Ex eo igitur ita vixit, ut rationibus gravus & acceptus diceretur, sed postea Numine læso corpore esse tardio, & summoudio. Prima eius belli expeditio fuit in Naam Ammonitem, qui Galadinos Tabitas bello pressit, ut ergo liberi ab hostiis essent. In incursiōnibus Saulis implorauerunt supprias, quigètis fortuna motus iniuria, liberationem pollicitus est. Quapropter tum temporis aratoriis bobus quos in agro habebat, in aliquot succisis partes, eas edito ad omnes tribus militavit, ut quicunq; sibi ad Iordanem eo die non presto adeserent eadem a se, qua boues illi laniatione afficerentur. Pœnè metu ex urbe & agris militari turma excitata, ad trecenta triginta millia armatorum circa ipsum uno die conuenerunt, ubi Ammonitæ magno prælio vincuntur. Ingenti cæde edita in acie, Tabitæ liberati sunt hostili me. Saulus non contentus hac victoria & Rege inter-

interfecto, confestim in eandem gentem præsente cladi perculsam victorem exercitum traduxit. Tum Ammonitarum rebus ferro & igni contritis cum exercitu onusto præda domum regressus. Maior certe & ipse factus magisque conspicuus quam anteā fuerat. Secundum hanc dictoriā conuentu in Galgalam vniuersæ genti indicto, iterum est à Samuele Iudæorum Rex inunctus. Cum igitur mitis visa fuerat prior Regis declaratio vana, fuissent que fortasse post victoriam & illi ad supplicium redacti, qui regem ludibrio habuerant, nisi Saulus nondum regno stabilito seditionem metuisset; secunda hæc ceremonia non solum firmius nomen reddidit, sed insignius quoque augustiusque Saulo & futuris regibus imperium fecit. Tribus postea militum millibus ex omni iuuentute lectis, duo millia penes se præsidii loco habuit, tertiam partem cum filio Ionatha misit in Gabaan, ut suis popularibus præsidio essent.

Agebat in Machmas & Bethel, cum Philistæi aduersus eum aciem dirigerent. Erat autem Philistæorum maxima multitudo circa triginta milia curruum, & sex milia equitum, quare Iudei tantis inspectis copiis maximo sunt terrore perculti; qui erant circa Regem, plerique aut altiores specus meticulosi subiuerunt, aut trans Iordanem occulta fuga secesserunt.

propter

proripuerunt. Hunc suorum metum cum maiorem esse cerneret, quam pro authoritate sibi posset, initit qui celeri cursu Samueli nunciarerat, in quo discrimine res Isaeliticæ versarentur. Oratus itaque Samuel ut priimo quoque tempore suis adeslet, quandoquidem omnis spes in suo aduentu cōsisteret Philistæos amoliendi, & propellendi. Interea comparat Saulus studiose quæ ad sacrificium attinebant. Sed cum omnium spe tardius veniret Samuel, hostias aræ ad moriit, sacroque vix bene peracto aduenit Samuel, cui ille obuiam progressus ab eodem grauiter obiurgatus fuit, quod se non expectato rem diuinam facere aggressus sit, qui & diuinitus se scire dixit, Saulum neq; regnum, Numine offensio, obtenturum, cum alias perpetuo obtinuisselet. Nec Saulus senem flectere potuit, ut secum maneret sed recta ut venerat, ita abiit. Rex anceps inter hæc, cum filio & sexcentis militibus prius Domino consulto in Philistæos irruit, eosque percussit, & fugientes persecutus est.

Hac felici & secunda victoriâ ratus se Deo gratificaturum, prohibuit voto ne quisquam à perseguendo hoste desisteret, aut eo die durate cibum caperet. Patrii edicti Ionathas nescius illud violauit. Saulus animaduertens se parum propitium Numen habere, percipit votum à nonnullis esse violatum. Conuentu igitur indicto, & sorte iactata, ecclidit in Saulū

& si-

& filium Ionathan, quem recta ad supplicium trahi mandasset, ni populus intercessione rationem eius habuisset, dum tot Philistæos cū armigero solus trucidasset.

Subegit inde Saulus Ammonitas, Moabitasque, vicit & Idumæos, eo umque Reges tributarios fecit; & nisi Amalechitis pepercisset, quæ gens in festissima semper Hebræis, nāquam regnum amisiisset. Nam ibi contra aperatum Numinis iussum, pecora, homines & Rēgem ipsum viuere, quæ penitus extirpare debbat, permisit. Et statim ab eo potentia Dei discessit, quæ illum antea protexerat; Quare Dauid per Samuelem inunctus est Rex. Aperio vexabatur Dæmoniorum incurſu, quem vt vitaret, Dauidem psalterii & hymnorum peritissimum iuuuenem ad se vocari & terroris sillos cantu leniti passus est; cuius indolem, animique promptitudinem ita admiratus fuit, vt militibus suis illum præficeret maximo fauore.

Cæterum inter puellares cantus innumeræ rasque acclamations ob victoriam Goliathi, Dauidque decem dicerur profligasse millia. Saulus vero mille tantum. Tacita primum inuidia eius subiit animum, adolescentisque viorem & præmaturam virtutem secum expéndens, eius successus cōspicit suspectos habere. Et quia vel perdendus aut per speciem militiae lōge ablegandus, vt bello periret, filiam suam.

R. Michæ-

Michalem si centum Philistæorum capitaz ante regium solium statuisset, vxorem dare pollicitus. Ita demum faturam credere, ut regia pueræ potiundæ studio, subita aliqua ruina occumberet. Dauid assumpta conditione, numeravit conflitu habitu capita Philistæorum postulata. Cum nech hoc procedere videaret, filio & filia in iugis, vt eum sibi proderent. Sed protegente Dauide Numine, illæsus & tutus auffugit.

Persecutus est & ipsum Saulus multis copiis & plurimis millibꝫ, sed nunquam deprehendere potuit. Crudelius & tyranno dignius facinus non commisit, quod Abimelechum iustissimum & summum sacerdotem, dum Dauidi gladium Goliathi dedisset, vna cum octoginta quatuor sacrificis trucidauit, & urbem Nobeam igni & ferro deuastari iussit. Nec ita multo post vt Dauidem deprehenderet maximo illum quæsiuit apparatu bellico, verū Dauid eo venit, vt & illius lanceam, scyphum, & vestis laciniā abstulerit, nec interficere illum voluerit, quamvis commode potuisset. Quare recolligens animum reconciliatus est Dauidi. Crebro etiam in exilium illum misit & fugauit. Post multas tamen Dauidi infidias factas, ceperunt Philistæi denuo eius fines hostiliter inuadere, ac maximā aieernare aciem. Saulus auditio hostium apparatu, quam diligentissime potuit exercitum conscripsit. Incertus autem

hu-

humani consilii inops de belli euētu, ad opem
diuinaam configuit (nam Samuel quem alias
consuluerat, è viuis excesserat) iuberque sacer-
dotes Numinis voluntatem sciscitari, quibus
negantibus vllum è cœlo fauorem adesse, ma-
iore adhuc metu perculsus, in Endorem vrbē
proximam cum duobus comitibus ignoto ha-
bitu ad anum quandam Necromanticam rei
exitum quæ siturus, se contulit, à qua ægre im-
petrare potuit vaticinium, prædictum autem illi,
regem cum liberis in acie occubiturum, do-
mesticumque regnum cum vita finiturum.
Tali oraculo perterritus Saulus concidit, diu-
que sine voce semianimis iacuit, inde comitū
precibus, & anus hortatione alleuatus, quum
partim dolore, partim ieunio, quod per diem
tolerarat, pedibus consistere non posset, anus
victu & eduliis illum recreatum dimisit. Re-
uersus igitur ad castra, maxima Heroica forti-
tudine animi, & re, ta constancia, neque credo
vllum regum vñquam eo animo fuisse, vt in ea
esset castra redire ausus, vel potius in eam de-
scenderet aciem, in qua se & liberos trucidan-
dos oraculo compertum habebat, Maluit
fortissimus Rex, cum tota stirpe interire,
quam florentissimas copias hosti sine Duce
trucidandas relinquere. Cum itaque ad aciem
ventum est, terga dederunt Israelitæ hostium
multitudine superati, inde cruentissimum
fuit prælium. Saulus incredibili dici-

R. 2 tur

tur fuisse constantia, ut fatalem necessitatem
virtute superant, nullum summi ducis, stre-
nuique militis operam prætermisit.

Multis tandem vulneribus acceptis pugnâ
ferociter ciens occubuit, cum tribus filiis, lo-
vatha, Aminadabo & Melchis e. Cogitasse il-
lum fama est, de morte sibi conciscenda, veri-
tus ne viuus in hostium manus perueniret,
quidam putant semetipsum interfecisse, qui-
dam vero ab Amalechita quodam ignaro quis
esset, confossum. Cæsæ sunt cum eo omnes
Hebræorum copiæ, præter paucos qui misera-
bilem cædem effugerunt. Philistæ præsentivæ
victoria elati cadaveribus Säulis & filiorum in-
fultantes, in monte Gelboe, spolarunt corpo-
ra, & Bethsanæ eininentissima murorum par-
te, patibulo adfixerupt. Iabeseni Galaaditæ
iniquo animo ferentes, Israëlitarum Regem
cum liberis insepulrum p̄dscere muri, silen-
tio noctis Bethsanam irratae corpora Regis
& filiorum abstulerunt, ac more patrio cum
fletu & lamentatione, atque septem dierum
ieiunio ciuibus indicto, omnique ætati & se-
xui, celebrarunt exequias.

Regnauit annos viginti circiter, inter Israe-
litas. Periit biennio quam mortuus est Samuel.
Omnia quæ is predixerat, miserabili clade est
expertus. Vxorem habuit Achinoen filiam A-
chimaas. Quatuor habuit filios, Ionathan, A-
binadabum, Melchitue, & Hispaalem, duas fi-
liae

TYRANNORVM,

265

Ilias Merob, & Micholem. Nisi crudelitatis sce-
lenibus contaminatum legi stem, haud inter ty-
rannorum recensuilem numerum, verum ty-
rannis, quæ plurimum in eo dominata est, ad
tyrannorum eum album pertraxit.

DE SAVLO,

EPIGRAMMA.

Cisseides primus regis diademata natus

Inter Iudeos fortis & acris homo.

Principio felix, prosperrimus, inclitus atq;

Cunctus per gratias, clarus ubiq; fuit.

Numine sed leso crudeli multa tyrannus

Crimina commis, numina nulla timens.

Perdidit iratus Nobis cum ciuib; igni

Atq; sace dotes tradidit ense neci.

Dauidem crebro quas fuit percussa ira,

Ut vitam r; peret, tutus at ille fuit.

Ipsum se in repido mactauit pectore bello

Quem Dauid patrio condidit in tumulo.

**DE ARAPHATIDE GE-
THAO VI. tyranno.**

*Hic monstrissima traditur ac iousitare
fuisse magnitudinis, senos manibus pe-
dibusque habuit digitos, hoc est, viginti qua-
tuor ex gente descendit Araphie Gethæi im-*

R 3 manis

manifissimæ crudelitatis, qui & Israelitas Blasphemiis multis affecit. Tandem à Ionatha Bethleemite filio Sammaæ fratri Davidis, prælio interemptus est.

DE ARAPHATIDE,

EPIGRAMMA,

*Magnis sex digitos manibus pedibusq; tyrannus
Hic tenuit, populumq; frenuit & iste Dei.*

DE ACHABO, VII. TYRANNO.

A CHABVS filius Amri, Regis Israëlitarum, homo super odium pietatis, omnibus probris, & immensis crudelitatibus regium nomen contaminauit. Imperium, à patre velut per manus accepit, regnauit anno mundi 3030. quum haud multū regnare cōpisset Samariae lezabelem Lonabalim Tyrionū Regis filiam duxit uxorem, cuius suasu eo insaniè processit, vt super vitulorum cultum, quem à maioribus acceperat, alienos etiam Deos complexus sit, passus intra regni sui fines lucos ædificari Idolis, & aras cum sacerdotibus constituit, & in his Baalis templum, quod simulacrum Sidonii colebant.

Ad hunc igitur Helias Thesbites Propheta
dei

Deivenit, à quo est monitus fore, vt ob præsentem impietatem, syderis ardore, longaque cœli intemperie in toto eius regno fruges cum omnibus animantibus absumerentur. Quibus ille minis quum nihil ab impio instituto absisteret. Propheta Sareptam urbem haud procul à Sidone contendit, vt quam longissime ab Achabi abesset scelere. Mox grauissima intemperie cœli. Helias à Rege requisitus, repertusque in Carmelo, Achabo & multis videntibus, ad coarguendam alieni titus stultitiam, sacerdotes quos alienis diis Achabus & vxor sacrant, trucidavit. Achabo etiam Regi futurum prædictum, vt ipse cum tota progenie non multo post graues esset expensurus pœnas, ob crudelissimam Nabothi iusti viri cædem, quem Iezabel vxor sub falso crimine populo necandum obiecisset, vt eius prædiis potiretur. Tali oraculo monitus Achabis consternatus sacram induit, humique miserabili modo afflatus veniam precari, qui quum aliquandiu in hoc luctu & mœrore fuisset, iterum Prophetæ voce iussus est bene sperare; eleuatus ergo pœnæ metu, haud multo intericto tempore, difficii bello petitus est ab Adado Syriæ & Damasci Rege. Pressus iam dudum obsidione, & fide qualicunque, quam legatis dede- rat, liberatus, conuertit se ad arma. Et quum minacissima hostis adnunciaret, hostiliterque moneret, ne pergeret cum tam numeroso

R 4 exerci-

exercitu congregati: Nam si singuli terræ glebulam mœnibus admoueant, momento temporis euenturum, ut murorum vestigia aduersis æquarentur aggeribus: Prophetæ tamen voce & oraculo fretus; centum & triginta ex omni iuuentute lectos ex propinquo iubet hostium castra diligenter explorare. Quo facto breui post concursum est ab Israelitis & Syriis, vbi Syri vici ad centum millia hominum & amplius amiserunt. Syria Rex Adadas, fide prius acceptra, ad Achabum victorem venit, a quo suppliciter ad pedes prostrato adorari se Samaritanus rex non passus est, sed in currum suum, honorifice appellauit, sublatum, multisq; muneribus donatum incolumem domum remisit, qua beneficentia Cyrus provocatus, omnia quæ sui maiores Israelitis bello ademerant, se Achabo redditum est pollicitus, & cum his Damascum urbem clarissimam. Fuit ea victoria Achabo minus læta, ob ea quæ ex oraculo acceperat. Michæas ad eum Prophetæ venit, haud dubie affirmans futurum, ut ab hoste immanissio quem ipse sua stultitia seruasset, aliquando interficiatur.

Ea voce vehementer turbatus Achabus, Micheam custodiri iussit, simulque in Samariam prædicti vaticinii timens exitum cum exercitu victore reuersus est. Sed ineuitabile fatum mutari non potuit. Nam Iosaphato Rege Iudæ, ut auxilium ferret, implorato, decreuit,

Rama-

Ramathum urbem in Galaaditide sitam, quam maiores sui tenuissent, nec sibi restitutam, armis repetere. Collatis itaque castris, placuit priusquam in aciem descenderent (nam & Adadus Rex Syriae maximo cum exercitu obuiam processerat) Numinis voluntatem sciscitari. Habebat prophetarum Achabus prope se numerosum cœlum quibus in medium acceſſitis cum omnes victoriā affirmarent portendi, præter unicum Micheam, qui carcere extratus diuersum dixit, sed Achabus suis plus fidei, quam vero Prophetę habens, in aciem copias eduxit. Pugnæ exitus declarauit Micheam vera locutum Achabus ne facile agnosceretur, gregarii militis habitu pugnam ingressus. Inunxerat enim Cyrus, ut in solum Regem Israelitarum, si fieri posset, impetum facerent. Sic satis ingratus fuit Adadus in Samaritanum, à quo tertio ante anno vitam incolamem cum donis amplissimis acceperat. Commisso igitur prælio, fatalis necessitas Achabum in eum pertraxit locum, ubi pro tyrannidis & impunitatis suæ supplicio, sagitta ab hoste immissa læthiferum accepit vulnus, inter pulmonem & stomachum, traxit tamen aliquandiu pugnam verum inclinatè die, quum assiduo fluvio sanguinis consistere amplius non posset, aliquanto prius, quam animam efflaret, pugna excessit, deinde prælio in noctem exacto, ubi primū Achabi casus rumoribus euulgatus est, Israeli-

R. 5 tæ fu-

et fuga dilapsi in pacatum concesserunt. Regium corpus Samariæ est sepulchro datum, mortui cruentum (quod multo ante Helias prædixerat) circa Iсаiam Samariæ fontem, ubi Achabi currus est abtersus, linxerunt canes. Continebatur Isora Nabothæi agri finibus. Viginti duos annos functus Regis officio inter Israelitas, quo ne uno quidem mense dignus fuit.

DE ACHABO, EPIGRAMMA,

*Achabus cultor statuarum, filius Amri
Percoluit Badum, peruetitosq; Deos.
Ille suos cives oppressit iure repulso,
Illi vi rapuit prædia tentu dñi,
Assyrium bello cœpit, sed viuere regens
Permisit, post quam supplicium ille dedit.
Is conseruarat cui vitam, rursus ab illo
Deuictus periit, suppliciumq; tulit.
Bello defuncti fusum linxere cruentum
Turba canum. Vates dixit, ut illa Dei,*

DE MANVENE, VIII. TY- ranno.

*M*Anuehnes filius Gaddi Thersites, pri-
mo copiarum præfectis, sed auditare regis
fui

sui Zachariae cæde, non modico exercitu occurrens victum Sellum tyrannum interfecit, tum Rex creatus, cum omnes ciuitates parent, excepta Thapsa, quæ ciuitas sola venienti portas clausit; tulit iniquo animo, & urbem infesta oppugnatione aggressus, cum brevi cepisset, hostiliter diripuit, ut vnius ciuitatis excidio doceret, ne quid tale in se auderent, reliquæ in omnem sexum & ætatem ferrum immisit omnes etiam, in ea urbe vxores prægnantes, inaudita prius inter illos Reges feritate interfecit & dissecuit. Phuli Regi Assyriorum mille talenta argenti largitus est, ne fines imperii, hostili exercitu conturbaret, ac totidem deinceps quotannis stipendiū loco numerare, adhæc auxiliares copias mittere, quibus aduersus Medos vteretur, pollitus est, adeoque subditos suos tributis & exactionibus in immensam grauauit. Decem annis auare & immaniter Samaria regnauit, ubi fato defunctus, Phaceiæ filio regnum tradidit.

DE MANVENE,

EPIGRAMMA,

Deuicta iussit prægnantes urbe secari.

Ille tyrannorum, crede tyrannus erat.

DE

DE SENNACHERIBO RE-
ge Assyriorum, IX. ty-
ranno.

Sennacheribus Assyriorum Imperator, sed
omnis pietatis, religiosis & diuinorum i-
tium cōtemptor improbissimus, acri bello E-
zechiam pium regem petiit, causam fuisse cre-
dere par est, tribu um Assyrio negatum, que
tantam belli procellam concitauit. Manitissi-
mis regni Iudaici vrbibus, oppidis & castellis
partim metu, partim deditio ne vi captis, con-
tendit ad Hierosolymam expugnandum. Ve-
rum cum Ezechias suppliciter ad Detum oral-
set, castra ab vrbe amota sunt soluta obsidione
trecentis argenti talentis & triginta auri nu-
meratis. Senacheribus vltro pollicitus paratu
se fines regni Hierosolymitanii excessurum.
Soluta igitur pecuniae summa verso in Ægyptios & Æthopes bello, nihilominus partem
copiarum ad regiae vrbis obsidionem conti-
nnandam reliquit. Habuit hoc in exercitu im-
probissimos nebulones, qui plurimas blasphemias in Numen coniecerunt. Præterea & ipse
Sennacheribus impius & plane fuit. Li-
teras scripsit ad Ezechiam Regem plenas in
Deū contumelias, quasi nullus esset Deus quā
Assyriorum, neq; illus alius sibi aduersari, aut
illos, p̄ter se, eripere posset. Cæterū vt omnes
empii promeritas solent dare, hic tempora-
les,

Ies, & in futura vita æternos pœnas dedit. Sic etiā Sennacheribus punitus est. Confisus enim Diis suis nullosque præter suos esse ratus, deinceps plurimis conuictiis Numen incessens, vnicæ nocte per angelum Domini peste centum octoginta quinque millia percucientem amisit, inter quos etiam Rabsaces, tribunus militum insolentissimus ac conuictior in Deum audacissimus mortuus inuentus fuit. In Ægypto quoque non minus infeliciter belligerans. Ninum itaque urbem imperialem maxima reuersus cum ignominia, & suorum clade cōsternatus, ad reparandum numinum fauorem, superstitione crudeli, duos paruos filios immolauit, ideoque à duobus natu maioribus Adramelecho & Sareffare inter sacra immanissima, ferro transfoſsus est: anno regni Ezechiae decimo-quarto, sui imperii septimo.

DE SENNACHERIBO,

EPIGRAMMA,

Ritus diuinos contempſit, Numen & ipsum,
Nec fas nec iustum, nec pia iuratimens
A propriis casus natis, dum templo petiuit.
Ut colcret trunci lignea signa Dei.

DE

DE NABVCHODONO-
sore, X. tyratino,

Nabuchodonosorus princeps Babilonio-
rum, hunc sancti libri regem fuisse aiunt
acri ingenio, ad bellum magis quam ad otium
natum. Mouit in Nechonem Regem Agy-
ptorum bellum, sub cuius Imperio tum tota
Syria erat, & vicit illum, ut magnam exercitus
partem amitteret. Victor igitur omnem Sy-
riam ad Pelusium usque praeter Iudeam armis
subegit, ut testatur Iosephus. Quarto deinde
quam haec gesta sunt anno. Iudeos graui bello
petiit, omnem florem iuuentutis cum ipso
Rege militibus immisso Hierosolymam iug-
ulauit, corpus extra muros insepultum ab-
iecit.

Demum Regis filio, qui eodem fuit quo
pater nomine, Ioachimo, regni administra-
tione permissa, triginta hominum milibus
ex omni multitudine Hierosolymitana secum
abductis exercitum in Assyriam reduxit. Sed
ne iuueni quidem regnum diu incolume fuit.
Parum enim fidelem suspicatus Nabuchodo-
nosor eum fore cuius patrem insepultum ab-
ieccisset; Tertio post mense, quo Babylonem
venerat nouum exercitum sub praefectis in Pa-
lestinam misit. Tum nouo tercore percul-
sus, inopsque consilii Ioachimus iunior, ne
recentiore aliqua clade hostis ciuitatem affi-
ceret,

teret, vltro in eius fidem concessit. Ille vt
pollicitus erat, /vrbem pacate est ingressus,
mox Ioachum cum matre & necessariis o-
mnibus, p̄tēter Sedechiam eius patruum
quem Regem constituit, Babylonem tradu-
xit, cum hoc transtulit opifices, & quincun-
que militiæ erant Idonei. Mansit Sedechias
octo annis in Nabuchodonosoris fœdere, ve-
rum deficiente cepit illum cum liberis & v-
xoribus, & ob ingratitudinis vitium mox filios
eiusque amicos coram interfici iussit, ipsum-
que iniectis catenis luminibus priuauit, Baby-
lonemque ad perpetuas cruciatus dimisit.
Tulit etiam ē domo Domini vasa & thesauros
in Babylonem, maxima homo fuit crudelitas-
tis, Dei contemptor vanissimus. Iuuenes
tres erectam quandam ex auro statuam ado-
rare nolentes in fornacem ardentissimam con-
iecit, videns autem illæsos & integros mane-
re, Numen verum esse credidit. Blasphem-
antem Dominum, Danielis historia testa-
tur, propter impietatem in bouinam natu-
ram permutatum, fœnum instar boum come-
disse, rore cœli corpus infectum adeoque cœli
tempestatibus sub dio obnoxium fuisse atque
capillos & vngues supra humanam naturam
excreuisse. Capillæ enim eius, vt iubæ leonum
& digitorum extrema, vt aquilarum vngues
ereuerunt, cū & ipse mente atq; sensu, animan-
te bruto nihilo esset sanior, nimirū vt belluarū
refer-

referret similitudinem pena, qui multarum
fuisse similis moribus & consuetudine. Ad sa-
nitatem post annos septem rediens, in solium
regium rursus collocatus, post id tempus ani-
mo humili gratoque Deum coluit, & eius bo-
nitatem admirabilem suis edictis praedicauit.
Miracula tot ac tanta vidit atque expertus est,
quanta post Pharaonem Busyium, nemo alias
regum exterorum omnium, omnibus tempo-
ribus. Iosephus Berosum securtus, duos ait Ba-
bylonis reges uno nomine appellatos, patrem
qui Ioachimum cum vxore & liberis sponte
deditum in Assyriam traduxit, quiique Sede-
chiam constituit regem, & alterum iuniorem,
qui huic successit, a quo Sedechias excoecatus
fertur.

DE NABVCHODONO- sore,

EPIGRAMMA.

*Impietatis amans hostis tum religionis.
Contemptor summi celsa per astra Dei.
Crudeli bello Iudeos pressit, & ipsum
Regem insepultum mœnibus ille tulit.
Supplicium sceleris commissi à Numine passus,
Donec cen verum nosceret ille Deum.*

DE

DE HOLOFERNE,
XI. tyranno.

Holofernes princeps militiae Regis Nabuchodonosoris Assyriorum, vir & multa exercitatus militia, ita parum religiosus, & Dei contemptor acerrimus. Depopulatus est iussu Regis Assyriorum, omnem plagam occidentalem, in exercitu suo habuit centum vingt millia peditum & equites sagittarios duodecim millia, fortia quidem gessit prælia, sed eius crudelitas fortitudinem ita obfuscata, ut potius tyrannus quam fortis nuncupandus sit. Primo urbem Melothi expugnauit, deinde Tharsin & filios Hismaelis deuastauit. Mox transiens Euphratem, perrexit in Mesopotamiam, & omnes ciuitates munitissimas à torrente Manre, usque ad mare diripiuit, filiosque Madian cum omnibus facultatibus spoliauit, ac rebellantes crudeliter gladio confecit: Segetes Damascenorum maturas tempore mesfis succedit, omnibusque arboribus & vineis succensis, atque recisis, direxit iter ad Reges, & Principes Syriæ, Ciliciæ, atque Mesopotamiae, Qui vt ditionem seruarent illæsam, ab eo pacem orauerunt, seque cum omnibus possessionibus eius Imperio subiecetunt. Holofernes autem supplicantes parui faciens, omnes munitas urbes confringere, dein lucos & vias radicitus extirpare, tantumque metum

S incus

incutere prouinciis, vt multi principes cum
subditis illi obuiam tympanis & choris ad de-
mulcendum tyrannicum animum procede-
rent, verum immotus permanxit: Nam ea sa-
uitia perrexit, ac omnes Deos terrarum deui-
tarum destruxit, vt Nabuchodonosorus solus
imperio velut Deus coleretur, vt cæteri ab eo
deuicti dicerentur. Tandem peragrata Melo-
potamia, aliisque prouinciis, diuertit ad Idu-
mæosin Gabaa, & alias Regiones, omnesque
ibi similiter cepit & euertit, vrbes. Quod Is-
raelitæ percipientes, montium meatus ac re-
cessus obsederunt, clamantes ad Dominum,
precibus & ieiunio indictis, ne Hierosolymam
subuersurus adueniret. Hoc audito Holofer-
nes grauissime ad iracundiam commotus est.
Vnde sciscitatus ex Ammonitarum Duce A-
chiore, quis nam populus iste, qui solus ex tot
& tantis rebellis ihueniretur. Cui Achior, He-
bræos esse, populum numini acceptissimum, si
pietate & vera perseveraret religione, neque
quenquam illis propter Numinis tutelam ad-
uersari posse. Sin vero irritassent Deum, facile
ab inimicis capi, & grauissime puniri. Tum in-
dignatus Holofernes, quod alium præter sui
Regis Deum constitueret, recta ipsum vincitu
in Israelitarum fines ad cruciandum dimisit. I-
pse vero cum omnibus copiis versus Bethuliā,
vt expugnaret, profectus est, vbi innumerabi-
li exercitu castramensus est, peditum habens
centum

centum viginti millia, & equites viginti duo
millia, demptis his, quos præsidio in captiuis
reliquerat vrbibus, Bethuliani primo nume-
rosissimam multitudinem conspicati Domini
implorauerunt auxilium, deinde montium
obsederunt angustias, ne facile per eos diuer-
tere liceret. Holofernes certior factus de stra-
tagemate Hebræorum, aliud præmeditatus,
fontium cauernas præsidio militari, ne quis-
quam Hebrææ gentis aquam hauriret, muni-
uit. Quæ res plurimum metus incussit Iudeis,
nam Bethuliani eo usque vrgebantur, ut de vr-
bis conseruatione & salute desperarent peni-
tus. Interea tali cōditione summates vrbis de-
ditionem remorati, nisi quinque diebus libe-
rarētur, futurum, ut statim vrbem cum omnib.
offerrent Holofernus imperio. Cæterum sicuti
haecenus vidimus, omnes tyrannos sinistro
periisse fato, ita & hic euenit. Nam Judith vi-
duta Bethuliana morum integritate & pudici-
tia celebris apud multos foemina, simulauit,
quasi eius caperetur amore, atque sic coactam
partim amore, partim excidio, quod immine-
ret patriæ, ad eius configisset tentoria. Credi-
dit recto dolo muliebri Holofernes incen-
sus ardentissimo amore, secum illam retinuit,
qua ut impetrauerat liberum & egressum &
ingressum apud Tyrannum, nocte quadam
Holofernem temulentū, & vino quā plurimo
obrutum, deinde cæco captum amore in ten-

S 2 torio

DVODENARIUS IV.

torio suo dormientem acinace Holofernis interfecit, ac caput abscissum ad luos per castra hostilia retulit. Bethuliani Numen magnis prædicantes laudibus, & fæmineam fortitudinem, demirati; Summo mane Holofernis caput coto affixum de mænib. Bethuliae suspenderunt, & recta hostes infecuti sunt, ingenti tumultu & clamore. Quapropter duce non inuenio in castris, sed corpus sine capite, fugam omnes Assyrii maxima dederunt cum ignominia. Ast Iudæi quoque potuerunt illos infecuti sunt. Hoc igitur pacto superbissimus ille tyrannus, & improbissimus Dei contëptor, vilis mulierculæ manu, acinace proprio, ne tam superbura prodigium vel hanc suæ mortis relinqueret famam, quod viri alicuius telo gladiove in armis aut prælio cecidisset, obtruncatus est.

DE HOLOFERNE,

EPIGRAMMA.

Militia princeps Holfernes Assyriorum
Forti confecit præl. a multa manu.
Sed fuit, ut fortis ductor, sic impius orbe,
Rectum neglexit, numina nec coluit.
Quem non mille virum poterat compescere, viis
Fæmina confecit calliditate sua.
Omnes sic merita plectantur Numine pæna
Crudelis hostes monstræ militie

DE

DE ANTHIOCHO XII. tyranno.

Antiochus Rex Antiochia, insatiabilis tyrannidis, in Iudeos plurimum exercuit crudelitatis. Nam ad eum carnium suilarum illos extremo suppicio ac durissimis cruciatus coegit. quos tamen haud pauci subire, quam ipsius mandato parere, maluerunt. Inter alios Eleazarum scilicet nemquendam Iudeum tormentis & variis penitentias affectit, quem tamen, ut patet negaret leges, mouere minime potuit. Septem deinde fratres una cum matre apprehitos coram suo conspectu contra leges patrias vesci carnibus suillis cogere nixus est, flagris horrendis. Cumque omnes mira constantia in pietate patria perseverare vidisset, ordine iussit tandem cum matre diris cruciari suppliciis, atque sartaginibus, ac æneis ollis succensis eos capitis cute abstracta, deinde summitatibus manuum & pedum succisis, assuit, ac letho dedit. Aggressus est pollicitationibus, ut ab instituto dimoueret, verum nihil effecit. Ceterū, sicut & ille in pietatis saeuit cultores, ita contra pessimo interiit cruciatu. Nam inhonesta & maxima quadam cum ignominia cum ex Perside reueteretur, commotus propter fugam iracundia, cogitauit, in Iudeos injuriam acceptam retorquere. Itaque dirigens iter versus Iudeos, ecepit insanabili & visibili plaga laborare. Per-

S 3 cassus

cussus enim à Domino , quod se ventum
Hierosolymam, & in sepulchra, Iudæorum vr-
bem conuersum iactitauerat. Nam confe-
stim his dictis dolor viscerum acerbissimus il-
lum inuasit, nec indigne, quippe qui multis, &
nouis tormentorum generibus aliorum tor-
serat viscera, idem & à numine grauibus ver-
berandus plagi.

Post diurnos vero dolores, is qui fluctibus
marinis se imperaturum, & montium altitu-
dinem in statera disquisitum superbe glo-
riatus erat, Numinis virtute sic correptus est,
vt in eius corpore vermes scaturirent, ac vi-
uentis sordido fœtore corpus deuorarent.
Tandem crudelis homicida & improbissimus
Dei contemptor miserabilis fato defunctus est.
Et si vero Numen apertis sæpe blasphemis af-
fecit, attamen ingenti dolore & fœtoris impa-
tientia fractus, ante obitum iustum esse Deum
dixerat. Huic soli seruendum nec alium co-
lendum esse. Desperata etiam omni salute ad
Iudæos Epistolam conscripsit, qua precatus,
vt flagitia commissa ignoscerent.

DE ANTIOCHO TY- ranno, EPIGRAMMA,

Ritibus à patriis voluit seducere mulios
Iudeos, pœnas intulit atq. graues.

Affa-

Assuit septem fratres cum matre pudica

Ollis ignitis, supplicioq; nouo.

Defunctus misere, nam vermes ilia ventris.

Omnia roserunt sic luit ille scelus.

S 4 DVO-





DVODENARIVS
Q V I N T V S,

D E P I I S D V C I B V S.

D E PRIMO DVCE PIO
Iosua.

Iosua filius Nunis, primus dux belli creatus post Moysen vir integerimē pietatis, adeo ut multi Reges licet mira fuerint sanctimonia, tamen huie minime propter intolerabiles molestias, quas pro populo Dei pertulit, comparandi veniant. Hic solus cum Calebo, terram promissam est ingressus ex tam numerosa multitudine Israelitarum, natus est anno mundi 2415. Quare ceu inclitus ductor ac victor laudandus est merito. Confestim post Moysis interitum in Hiericunte missis qui gentis statum locorumq; naturam diligenter explorarent, ipse haud procul à Iordanō fluvio castra posuit. Per exploratores



rores igitur certior factus, in quo statu res Cananæorum essent, suos ad terram expugnandam hortatus. In Iordano admota fluvio fœderis est arca, qui amnis natura sua violentus, minimeque tranabilis, vnde in muri speciem superiorē parte stantibus sīnum vadum præbuisse dicitur. Iam exercitu traducto, mandat Iosua, ut singulæ tribus lapidem unum eorum qui pedibus medio vado obiacerent, ex qua alueum deferrent. Et dux haud procul fluuiali ripa Deo Opt. Max. aram constituit, quæ translationis illius fuit ad posteros monumentum; ubi populus circa Iordanem constituit, omnem virilem sexum in deserto procreatrum ad unum circumcidit. Paucis diebus eodem loco, dum multitudo conualeceret moratus est, inde ab eo exercitus populabūdus ex Iordanè ad Hiericuntem ducitur; Hic complures dies castrametatus, cum hostis muris se tuaretur, neque pugnaadi copia fieret, Numinis præsentia frētus, mandat fœderis arcā circa mœnia circūferri. Mirabile hoc dictu, quicquid murorum procul fuit ab arca conspectum, non bellicis tormentis, non opera aliqua adhibita, sponte corruuit, vrbsque muris vallata modica pugna capta est, ubi in omnem sexum & æratem suos fœuire non veruit, & ciuitatem ab imis ad summum ita diruit, vt ne vestigium ullum in ea relinqueretur. Nec ita multis interiectis diebus eriginta armatorum milia Adan urbem reci-

S 5 pien-

piendam misit, quam nominant alii Haii. At
 conflietu illo turpi fuga cædeque insigni, co-
 piis suis partim vietiis partim fuga dilapsis,
 multos è suis eo prælio amisit. Fregit ea clades
 supra modum ducis animum felicibus rebus
 affuetum, saccum induit, sedensq; humi tristi-
 tia & mærore affectus flebiliter conquestus, se
 in medio victoræ cursu à Numine destitutus,
 Et licet aliorum castigaret querelas interdum,
 ut fortè decebat ducem, nihilominus tamen
 plurimum sibi metuebat. Cœlesti numinis vo-
 ce tandem monitus, cognovit sacrilegum à
 quodam Achamo in castris perpetratum, quæ
 sceleris conuictum extra castra dira execratio-
 ne perductum, à populo lapidati cum liberis &
 tota familia iussit. Tum religione liber, Adan
 ire pergit, misitque intempesta nocte quinque
 millia lectorum hominum, qui inter Adan &
 Bethaniam considentes insidiis urbem, si pos-
 sent, aggredierentur, vtq; propositum ex animi
 sententia succederet, Iosua vt illuxit, cum ca-
 teris copiis ex edito loco in hostium conspe-
 ctum venit, Adanitæ recenti victoria feroce
 in composito agmine, ex oppido recurrent.
 Cessit hostibus in consulto ruentibus Iosua, si-
 mulato metu & fuga, sed vt procul ab urbe Ca-
 nanæos abduceret, nūc aperte Iosua moliri fu-
 gā, nunc ferocius resistere; Interim qui insidiis
 consistebant, portas oppidi patefacti irrūpunt
 Auditur ex urbe clamor, q; oppidanos à præ-
 senti

senti certamine plurimum auertit. Illis ergo
 sponte cedentibus ad urbem, properantib. in-
 stat dux acerime, fugietiamq; terga cedit. Sic
 amissi vrbē, multis in medio cæsis, reliqui per-
 agros cum metu & trepidatione auffugerunt.
 Cædes in vrbē ingens est edita, ut promiscue
 omnis sexus & ætatis ad duodecim millia cæsa
 dicantur. Regem captum dux in crucem extu-
 lit, inde corpus ante urbem abiectum, ingenti
 lapidum tumulo texit. Harum illustrium dua-
 rum vrbium excidium, cædesq; regum, circum
 finitimæ genti metum & terrorem ingentem
 iniecerunt. Vnde Gabaonitæ quo propiores e-
 rāt periculo, eo maiore metu adacti tumultu-
 ose in medium consultant, qua posissimum ra-
 tione se imminentib. subtrahat periculo. Nulla
 enim in armis spes erat, in preces itaque versi
 mitunt qui suppliciter ab ipso Duce pacem
 postularent, ars quoque consilio adhibita est,
 qui ad Hebræorum castra missi sunt, mucida
 panis frusta, & vinum vtribus vapidum secum
 deferunt, calceamenta adhæc obtrita pedibus
 induunt, cæteraque longioris viæ argumenta
 diligenter assimilant, vbi vero ad conspectum
 Ducis est ventum, pacem verbis & signis qui-
 busunque potuerunt rebus, ambierunt, Iosua
 motus miserabili forte, & vehementi oratio-
 ne, inhumanum ratus, populum à quo nulla si-
 bi iniuria orta, bello opprimere, nescius etiam
 quales essent Gabaonitæ, vnde iureiurando se

non

non eos interfecturos promisit. Verum illis agnitis grauiter iratus est, vtque iniuriam vlcifceret, in seruitum perpetuum Israelitis ad ligna cædenda & aquam portandam damnavit. Interea Adonyse dechus Hierosolymorum Rex, in cuius fide Gabaonitæ fuerant, eam præ cæteris defectionem minime ferendam ratus, cum his copiis, quas in præsentem usum belli instruerat, Gabaonem tumultuose circumsegit. Aderant insuper illi ex Hebrone Ohas, Pharas, ex Hieromocho, Tabirum Eglonis, & Iaphicis Iachius Reges. Erant cum his ad triginta armatorum millia curruum. Gabaonitas confeitim ad Israelitas socios militunt, qui docent in quanto discrimine, ni properent superieras ferre, constituti sint. Iosua æquum iudicans laborantibus sociis succurrentum. Ceterum in genti numero hostium territus, ambigere primo, qua fiducia, quibus viribus, quo consilio ad hostem longe potentissimum accederet. Hæc secum volutans, oraculo monitus est, ut in hostem illico moueret bellum, nec de pugnæ euentu ambigere. Vocibus illis accusus nil alii amplius moratus, in hostem profectus est, qui vis deinceps castris ad Gabaonem consedit. His animis subito ad pugnam accessis ingenti clamore est concursum; ubi sub primum congressum terror ingens hostibus iniectus est, qui eos à præsenti prælio auertit. Iosua igitur vicit, fugientem hostem cum

exde

cæde & strage maxima insecurus est. Sacra Biblia testantur stetisse aliquandiu eo die solem in cœlo, quo ad Iosua cum suis victoria potiretur. Sed dum dux hostium terga premeret, vigereretque fortunam semel noctam, trepide illi nunciatum est, quinque Reges, qui acie deceserant, haud procul à Maceda urbe in altiorem specum secesserant, misit qui speluncæ ostium lapidibus obruerent, locumque præsidio in suum aduentum obtinerent. Nec ita multo post cæde fatigatus ad regum latebras diuertit. Quibus reuulsis, superbissimas eorum cervices subiecit Israelitarum pedibus calcandas, & stipibus affixos morte ignominiosa mactati præcepit corpora in eum locum quo fuerant fuga delatib[us] abiecit, lapidibusque obrui iussit. Nec post clarissimam illam victoriā, Gabaonitis simul iniungens, propter fraudem admissam, tam ad sacerdotum usum, quam ad militum desideria, ligna & pabula in castra portarent, in ocio fuit, sed ad hostium loca recipienda conuersus, Macedam vi cœpit, inde Lebnam, rege utrobiusque cum populo cæsis, inde Iachim obsidione cinxit, quo Hitas Gazeriarum Rex cum valido exercitu occurrit, hunc quoque prælio victimum Iosua interfecit, urbemque vi captam funditus euertit, inde Eglonem delevit, cui Ebronis excidium est continuatum. Pari clade Dabiren urbem cum suo rege affecit. In montana deinceps loca profectus.

Atus Aferotium expugnat, in regem captum
 non aliter, quam in ceteros, qui in potestatem
 redacti fuerant, animaduertit. Mox prospero
 victoriae cursu, à Cade, ad Gazam usq; omnem
 regionem cedibus & populatione, impletuit.
 Ita omnis fere Cananæa terra domita, victor
 ad Galgalam reuersus est, nec multo tempore
 post Iabini Azoritarum regem cum Iobabo
 Medianita & aliis quibusdam Cananæa tra-
 etum tenentibus oraculo iussus ad Meronis a-
 quas deuicit. In sacris libris unus & tringinta re-
 ges nominatim referuntur, quos bello supera-
 uit, iam inde, ex quo Iordanem sine vada traie-
 cit, sed non censendum, adeo præpotentes re-
 ges illos fuisse, quales sunt hodierno seculo;
 quippe nostri latius inter mortales, & conditis
 vrribus, & validioribus munitionibus impe-
 rant. Nam tota Cananæa vix legitimè vniuersi re-
 gni capax, si ceterorum regnorum, quæ hodie
 sunt immenses fines consideremus. Quamob-
 rem credibilius est eos fuisse regulos, quorum
 singuli singulas habuerūt vrbes & prouincias.
 Anno deinde quinto, cum castra ad Gilonem
 promouissent, multis verbis Israelitas ad pie-
 tatem, & patriam religionem adhortatus est,
 Fœdus cum Deo pepigit, nihil ut unquam ex
 religionis præscripto vel fraude, aut aliis illici-
 tis vitiis mutarent. Hoc recens fœdus literarū
 monumentis in marmoreis tabulis incisum
 sacrario inferri curauit. Populo etiam, ut lon-
 gissimi

gissimæ militiæ prosperrime gestæ digna ferret
præmia, terram in varias diltribuit partes ad
possidendum, inde senio variisque per ætatem
molestiis confectus, in ea terra, quæ iure belli
quæsita erat, quum annos decem supra cen-
tum natus esset, vita decessit. Anno sui duca-
tus sexto & vigesimo, Hebraicæ libertatis af-
fertæ sexagesimo septimo à mundi exordio ter-
millesimus fuit annus, septingétesimus, septi-
mus & quinquagesimus, in Thammathfare,
quæ est sita in monte Ephraim, à septentrio-
nali parte montis, Gaas, sepultus est. Vir ingeni
fide præsentissimo animo, tolerantia singulari
spectatissimus. vix similem Ducem habuit Iu-
dæorum imperium, qui tanta cura & diligen-
tia populum morosissimum, & duræ ceruicis,
vt hic Iosua, administravit.

DE IOSVA,

EPIGRAMMA,

Nunnides primus duxor, pietate, secundum

Non habuit, constans fertia bolla tulit.

Vrbem palmarum subuerit, flumine secco

Traduxit populum, vicit & holtis Adan.

Acchamum insit furto lapidare patrato,

Cum natis seruis omnibus atq; bonis.

Quing; cruci reges affixit. multaq; cœpit

Oppida, confregit mœnia firma simul.

Vnum

D

Vnum triginta reges vicisse recentent.
 Vnanimi scriptio biblica sacra Dei
 Partitus terram multo certamine vicitam,
 Omnibus ex aequo pramia digna dedit.
 Annos ad centum vixit fortissimus Heros
 Atq; decem, crebro multa pericula ferens.

DE OTHONIELE, II. DV- ce pio.

A Morre fidelissimi ducis Iosuæ; et perunt
 Israelitæ Baali, Astarotho, & aliis idolis sa-
 crificare, relictio vero numine. Vnde durissimo
 suppicio sunt affetti, nimis sub acerbissimo
 iugo Regis Chusanhasat Haimi Mesopota-
 mia coegit eos Numen vivere. Cæterū multis
 fatigantibus illis Numen precibus dedit for-
 tem & pluim Ducem, Othonielem, filium Ce-
 net fratriis Caleb, cum quo spiritus Domini
 fuit. Hic Israelitas forti prælio ex manu prædi-
 eti Regis liberauit, ac è durissimo seruitio eri-
 puit. Est nempe hic Othonielis, qui post expu-
 gnatas vrbes Gigantum, cum sola Debira re-
 staret, ac Caleb præmium proponeret illi,
 qui eam urbem expugnasset. Est inquam is qui
 (ut erat animi excelli adolescens, nihilq; inex-
 pugnabile viro forti existimaret) sua virtute
 Debiram subegit, & belli mercedem Achsam
 Caleb filiam, vxorem accepit. Mortuus est an-
 no gubernationis suæ octauo.

DE

DE OTHONIELE,
EPIGRAMMA.

*Iudex & dux tor fidus inga dur a nefandi
Excutiens regis, tempora tua dedit.*

DE AIOTHO, III. DVCE
pio.

Aiothus Dux & Iudex Israelitarum, præstanti fortitudine & pietate conspicuus, populum à diro seruitio Regis Eglonis tyranni immanissimi liberavit. Erat iuuenis impiger, Eglonis aulae assuetus, & inter Moabitas plurimum versari solitus; filius fuit Gera, filii Iemini, & ambidexter, sinistra æque ac dextra usus est in militaribus armis. Hic longa con-suetudine Regi notior factus, quoties libitum erat ut amicorum fidelissimo regium solarium & cubiculum liberum fuit ingredi, eratq; magna authoritatis apud regem. Solus itaque solum in cubiculo nactus, continuo occasionem liberandi populum arripuit. Nam Regem in solario æstiuo sedentem proxime accedens, seu secretum dicturus, læua manu sicam tenens, in ventrem adegit tanto conatmine, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac è vulnera pinguisimo regi inficto adeps efflueret. Composito inde vultu fores egressus post se cubiculum occludit, veluti quieti deditum re-

T genit

gem reliquisset. Ad suos inde populares egredius Eglonem edocet à se clam interfecunt: iam tempus adesse quo Israelitæ se, si viri sint, facile in libertatem restituant. Hi veteres fortunæ in memores, confessum arma induunt. Inde facto in regiam impetu, regios satellites incautos obtruncant. Ad decem egit milia Moabitarum cæsa, reliqui medio tumultu dilapsi turpem dederunt fugam. Atque ita vniuersi opera, liberas est Iudæis restituta. A morte & eius imperio terra quieuit octoginta annos.

DE AIOTHO;

EPIGRAMMA.

Aiothus iuuenis Regis versatus in aula.

Eglonis gessit fortia facta pie.

Occidit regem prauum, ne gentis honores.

Iudæa caderent per inga dira sua.

DE SAMGARE, IV. DVCE
pio.

*S*amgar filius Ana hi, ut pietate, ita & fortitudine eximius iudex & dux inter Hebraeos fuit. Successit Aiotho, imperiumque fortissime administravit. Percuslit is, solus cum esset, vnico confictu Philistæos sexcentos: cù enim populo Dei à Philistinis oppresso, forte in agro armeni,

armenta ducaret, ac tum cohortes Philinorum
prædæ causa excursiones faceret, & agros spo-
liarent, ipse solus pede pastorali, armis videli-
ce: pro tempore oblatis, sexcentos ex illis pro-
strauit, prædaque potitus, terrore hostibus in-
cuso, genti suæ hoc modo quietem peperit,
quo mortuo successorem post se reliquit Ba-
rachum.

DE SAMGARE, EPIGRAMMA,

*Samgar præclara Ductor pietate refulsi,
Indaos tñtum, perfera bella subs.*

DE BARACHO, V. DVCE pio.

BArachus fortissimus Dux, Iudex Hebrao-
rum, filius Abinoam de Kædes Naphtali,
potitus enim est victoria aduersus Iabin Re-
gem Hazor anno mundi 2613. Hic Israelitas, à
Iabin Rege Assori grauiter afflictos, valida li-
berauit manu, idque consilio & auspiciis vatis
Delboræ. Hæc comitata illum ad montem
Thabor, sisarum, cum numero ex exercitu, nō
gentos falcatos currus habentem deuicit ac in-
ignominiosam vertit fugam. Nata de cœlo
cōtra Sisarū dimicatū fuit & sydera ipsa radios
suos desuper in eū iecerūt, donec exercitus vi-
su priuatus & dissipatus depleretur. Sisarus vero
pedes fugiēs, sudore sitiq; enectus, ad Hebreū

T 2 ho-

hospitem antiquum diuertit, cuius uxor, Iahelis nomine, pluris faciens Deum, quam regem & salutem populi praeferens necessitudini hospiti, dormienti Sisarae viro foemina clavum per frontem & cerebrum malleo transadigit, & caput impium diminuit, terraque affigit, hostemque ita peremptum Barachō venienti ostendit. Hoc Iahelis facinus Barachus etiam universo exercitu vehementer probauit. Ipse vero praelio feliciter defunctus, spei & animi plenus, vterius castra mouet, sicutque pugna huius euentus non infelicior quam prior conciditque Rex in medio ardore pugnae, cuius morte clarior victoria est facta. Praefuit Barachus imperio annis quadraginta.

DE BARACHO,

EPIGRAMMA,

Ductorem reprobum nongentis curribus ille
Ductor conuicit Numinis auxilio.
Vera dum vixit populus pietate remansit,
Ast ubi defunctus multa secuta mala.

DE GEDEONE DVCE
VI. pio.

Gedeon Ephraita Ioasi filius, iuuenis pri-
mum eo tempore multum inter suos ce-
lebris,

Iebris, ex diuina quadam visione populi Dux constitutus est aduersus Midianitas, anno mūdi 2653. Nam Iraelitæ idolis seruientes à Midianitis durissime tractati sunt: tum ad preces & vota conuersi, auxilium è cœlo implorant; hinc diuinitus Gedeon illis Dux & Iudex attributus est. Nam excutiens forte in torculari frumenta, Angeli Dei munitu cœpit aras Baa-lo consecratas confringere, ac vni vero & soli Deo consecrare, inde publicæ assertor libertatis extitit, fuit is ab initio cunctantior ad credendū qui yiderat Angeli miraculis fieri, cum que in firmæ adhuc ætati parvum fideret, tum quod nihil à tribulibus abesse; Attamen pelle rore diuinitus conspersa priori nocte & posteriori carente, impulsu etiain suorum popularium professus est, se dueem repetendæ ab hoste libertatis futurum. Nec longa fuit in remora, decem millia armatorum illi præsto affueré, quibus copiis fretus voluit prælium cum hoste aggredi, & iam iuxta En Harod, castrisque in ripa communis, monitus est oraculo, ne populus sua se seruatum manu, ostetaret, sed potius Dei, iussit eos ad aquam deduci atque obseruari, qui aquam lamberent more canum, eos reuerti iussit ad penates, contra qui curuatis genibus biberent, secum ad bellum educeret. Trecentis igitur tum inuentis, qui aquam proni bibissent, profectus est hosti obuiam. Cumque iam ambæ conspicerentur a-

T 3 cies

cies reputans secum quod tenues adessent vi-
res ad rem tantam aggrediendam. Placuit igit-
ur uno duntaxat Comite ad hostium castra
proxime speculatum accedere. Hic quum o-
mnia contra hostem neglecta inuenisset, custo-
diisq; destituta, plurimaq; vino & epulis sepul-
ti iaceret, paucis adhuc sera cōuiua trahentib.
ad vocem ex proximo tabernaculo redditam
aurem adiecit. Hic ex quiescentibus vnu cō-
militoni forte narrabat, vidisse se in somnis
hordeacerm panem, per vniuersa castra cum
tabernaculorū strage prouolutū, impactumq;
iis locis, quibus reges tenderent, omnia subita
ruina disiecisse. Tum qui audierat, videri sibi,
inquit, per eam figuram exercitui maximū dis-
pendium imminere. Eiusmodi intempestiuā
non minus quā vera interpretatione Gedeon
confirmatus ad suos celeriter redit. Ibi ea quā
per se explorasset, primo exponit, deinde pau-
cis copias hortatus arma iubet capere, atque ut
multiplex hostibus terror incuteretur, tale ef-
finxit & tagema. Non vno loco neque armis
solum sed facibus, clamore horrendo impe-
tum in hostium castra fieri iubet. Igitur dextra
faces quatentes, sinistra cornua, & lituos pro-
tubis inflantes, castra uno tempore vndique
inuadunt, hostem somno grauatum, clamore
excitant. Inde cum omnia collucerent flam-
mis, terribiles fūtilium sonitus horrendique
subarum clangores acres circūsonarent, velut

in

in furorem hostes versi arreptis temere armis,
in semetipso irrunt, pauci omnino luta orū
gladio trucidati sunt, plurimi præterea hostiū
quia ex colluui multarum gentium consta-
bat exercitus neque lingua neque signis in-
ter se notis, mutuis ceciderunt vulneribus. Tū
dilectis proditisque rebus hostium, victor Ge-
deon exultansque iubet suo sero dispalatum
militem excipere quo contigit, ut ex numero-
fissimo exercitu pauci super fuerint. Bibliaci li-
bri & Iosephus tradunt, ad centum viginti ho-
minum millia vna nocte occubuisse, Zebinū
& Zarnum reges captos, prædam ad hæc inge-
tem auri & argenti, pretiosa que vestis partam
fuisse. At Gedeoni ingens inuidia conflata à
suis tribulibus, quod re non secum prius com-
municata, tam arduum aggressus eslet facinus
graui se ignominia affectos credere, quod in-
digni ab eo iudicari essent, quibus cum publi-
cam libertatem asseruisset. Et res haud procul
à seditione aberat, verum edocti, diuino id, nō
humano consilio factum, quieuere. Iussus est
post præesse Israelitis in pristinum rerum sta-
tum restitutis. At ille omnino tenuit, inquiens:
Non imperabō super vos, neque filius meus
imperabit vobis, Dominus imperabit vo-
bis. Imperiū circiter 40. administravit annos,
felicissime. Unico casu lapsū reperio, nā dono
acceptis in auribus auricis, & variis monilibus,

T. 4. feicit

fecit ex iis idolum & in ciuitatem Ephram posuit, que prophanatio diuini cultus, ipsi liberisque eius cessit in perniciem & ruinam. Dictus est & Hierobaal, ab eo quod dixerat, Baalis arae destructa: *Si Baal verus Deus, vlciscatur iniuriam, qua fuissest affetus.* Septuaginta ex promiscuis coniugibus suscepit filios & spurius Aabilechum, qui septuaginta fratribus crudeliter occisis uno Iotham excepto qui celeri fuga seruatus est, parenti in imperio successit.

DE GEDEONE,

EPIGRAMMA,

*Gedeon eximia iuuenis pietate tyrannos
Perdomuit reprobos auxil ante Deo.
Subvertit Baali signum lucosq; sacrificatos
Altare & Dino contulit ipse suo.
Exigua fidei primo, sed Numine fultus,
Effecit Domino grandia facta, duce.
Trecentis tantum percussit millia centum.
Et plures una nocte, duosq; duces.*

DE LAIRO VII. PIO
Duce.

Lairus Manasseus ex vrbe Gilead, homo inter suos iustitia insignis, omnium suffragio iudicia & ducalem functionem natus est. Fuerunt

erunt huic virilis stirpis liberi triginta, quos ci-
uitatum totidem principes constituit, quæ Iai-
ris præfectura longo tempore dictæ sunt; quæ
res multo venerabiliorem reddidit suis. Huius
administratio, præterquam sub finem pacatil-
sima fuit, viginti duos annos potitus imperio.
Sub id temporis, quo vita deceperit, Israelitarum
plarique longo ocio affluentiaque rerum o-
ninium à veri Dei cultu abalienati sunt, & Sy-
rios Sydoniosque coluerunt Deos, quo irrita-
tus Deus pétentibus ipsis postea negauit auxi-
lium, & à Diis gentilium quos colerent, opem
petere iussit. Inter has ipsis calamitates Iair
mortuus est.

DE IAIRO,
EPIGRAMMA.

*Epius & malitia donatus prole fuit Dux,
Ille suis carus secula tutu dabant.*

DE IEPTHHE, DUCE
VIII. pio.

PIO
I Ephthe Galaadites vir impiger, & fortissi-
mus bellator, inclita que iustitia præditus, fi-
lius fuit meretricis, illegitimo concubitu na-
tus: sed maculam illam ita abstersit, ut nullo in
contemptu viueret. Vixit anno mundi 2759.

T 5 Te-

Tenuerat seruitus Israëlitæ duos denigintianos, id propter idololatriam quam commiserant. Cum igitur ortum esset bellum genti Iudaicæ trans Jordancem ab Hammonitarum regem, Phistæs in belli societate assumpsis, electus Iephæ, ut contra Hammonitas pugnaret. Item enim electus à fratribus, eo quod esset illegitimus thori, consuetudine latrociniorum & robur militare & nomen illustre sibi comparauit. Solidatus ergo precibus Iudeorū, ducem se & auctorē libertatis vindicādæ præbuit. Cōparatis iam ad bellū copiis, placuit prius, quā arma morirētur, legatos ad Hammonitas & Philistros mitti, qui res sub belli denūciatione repeteret, prætexentes, q[uod] nulla lacessit iniuria, Iudeis q[uod] trans Jordane vienit, bellū intulissent, subitoque vi belli oppressos iā plures annos indigna presserent scrutute. At vero ab hoste non modo non pacati quicquā est responsum, sed etiam amarissima ignominia dimissi legati. Hæc cum domū retulissent, nec spes vlla liberandæ gentis, nisi armis putarent, ipse in hostes bellū mouet, quos facta dimicandi copia ferociter conflxit. multi hostium in pugna occubuerent, sed aliquanto plures in fuga, quos Iudeus vicit ad Hammonitarum urbem usque, cum cæde prosecutus est. Hammonitarum inde fines ingressus Iephæ, aliquot eius gentis urbes vi captas diripuit. Ita rebus pulchre gestis, pacatoque totius gentis statu, cum domum se reciperet

peret, in luctuosam incidit calamitatem. Voueratis ad bellum profecturus. Si res prospere successissent, se quicquid domum reuerso primum occurrisset, Deo imolaturum. Cæterum ita accidit, ut filia quam vnicē diligebat, in patris complexum, & oscula omnium prima feso gratulabunda effunderet. Ne igitur Numen falleret, filia miserabilem sortem lamentatus, ad aram pro hostia immolavit. Haud multo post Ephraimitę tribules eius, quod ad bellum non fuissent vocati, proindeque præda opulentiori ipsos defraudarit, bellum ei indixerunt. At ille amicis verbis ipsorum furorem atque insolentiam compescere volens, cum nec precibus neque obtestationibus, inuidiam emollire posset, sentiretque nefarium certamen instare, ad pugnam processit. Hic congressæ duæ acies atrocissimum commiserat prælium. Iosaphus & sacra Biblia testantur, ex Ephraimitis ad duo & quadraginta millia hominum vnicō hoc conflictu periisse. Sex annos iudiciariam & ducalem exercuit potestatem, Sepultus est in ciuitate sua Galaade.

DE IEPHTHE,

EPIGRAMMA,

Concubitus scorti prognatus, grandia bella.

Confecit, vera religionis amans.

Obrutus

*Obculit altiri natam, promiserat illud
Ex voto fluenter si modo bella bene.
Defunctus patria dulci sua tradidit ossa,
Sex annos fungens iudicis officio.*

DE ABDONE, IX. DVCE pio,

Abdom Ephraimita, iustitia & natorum sole illustris. Quadragesima virilis stirpis huic erant filii, & triginta nepotes, qui sepuginta uno uno nero equitarunt in pallis asinorum splendidissime, Ducalem & iudicariam administrationem exercuit annos octo. Mortuus à suis sepultus est in Pharaton terra Ephraim in monte Amalecti, anno mūdi 2782. inter viuos versatus.

DE ABDONE, EPIGRAMMA,

*Hic pietatis amans duxor, iudexq; tenebat
Octo annos regnum, pace vigente suuu.*

DE ABESSANO, DVCE X. pio.

IEphthe defuncto, Abessanus, quem & Abesanim vocant, ex tribu Iuda Bethlehemites, successit in iudicaria & ducali functione: Vir cele-

celebratae pietatis & iustitiae, atq; plurima au-
ctus lobole. Nam sexaginta promiscui sexus li-
beros habuit, nimirum triginta filios & totide
filiis, quas magnis locauit mariis & filiis simi-
liter dedit uxores. Septem annos dux regna-
uit inter Hebraeos sepultus est Bethlehemie
in patria sua.

DE ABESSANO,

EPIGRAMMA.

Triginta natos genuit totidem quoq; natus,

Hic dux & iudex Numinis sancta colens.

DE SIMSONE, XI. DVCE

pio.

Simson filius Manoë, dux & iudex Hebreo-
rum fortissimus & pietate non vulgari pre-
ditus. Vixit anno mundi 2790. de huius con-
ceptu prodita in sacris reperiuntur libris. Erat
eius parentes ambo instructi, fore ut virum
fortissimum procrearet, vetiti sunt eodem o-
raculo puero capillos recidere, & veillum ab
omni cultodirent offensa, nec potum præter-
quam aquam darent, tum ipsum Nazarenum
easurum, & postea afflictis Israelitarum rebus
laturum auxilium. Natus igitur, ac Simson à

ma-

matre dictus, cum adoleuisset, Thamnam Philistaeorum urbem ad solenne sacrum perfectus virginem eleganti forma intuens, confessim ad eius nuptias animum adiecit, quas cum ægre à parentibus impetraret, quod puerilla non esset Israeliciti sanguinis. Accidit autem, cum dilecta virginis sape lares inuiseret, in itinere in ferocissimi leonis occutsum incideret, illum non modo non declinavit sed beluam immannissimam adortus arctissimo brachiorum stragulauit nexus. Cuius victoriae compos factus peremptum ex publica via in subiectam pertraxit sylam. Aliquot inde diebus reuersus ut proiectam inuiseret feram, freques apum examen in leonis fauibus fauos cudere vidit, cælarat ille interim parentes de iis quæ inter eum tum acciderant. Cæterū quod de apibus, & earum mellificatione contigit, absurdæ quæstionis materiam illi imposterum præbuit, eius postremo impetratis puellæ nuptiis, eius fortitudo apud multos facta est celebris. Assextationis autem prætextu triginta lectissimos iuuenes ad se adscierat à Philistæis, qui nunquam ab eius latere descederent. His inter epularum iocularia, ambiguum quæstionem proposuit, nimis quinam fieri posset, ut res voracissima, violenta, præterea & immitis suauissimum ore pareret cibum, ad ea haud dubie alludens, quæ in leone à le perempto contigerant, singulis se syndonas, & quædam non spernenda

mu-

miseria daturum pollicetur, si septem dierum
spacio quæstionis ænigma explicasset, fini-
minus, ipsos eadem hac pactione obstrictos esse
debere. Placuit hæc condic̄io Philistæis iu-
uenibus, quippe qui ingenio iuuenili quam
maxime confidabant. Cum vero plura animo
meditati nullus eorum nodum solueret, forte
quidam vteres puellæ proci, cum ea occulte
agunt, ut mediis complexibus noctu, quid rei
id esset, ex marito eliceret: Id illa cum post
multas preces, & puellarès illecebras viro ex-
pressisset, rem ad procos deferrit. Septimo ergo
die celebri coniuio quæstio soluta est. Ad eam
vocem Simson turbatus, exclamauit: *Nisi mea
arasset vitula, non inuenissetis anigma meum.*
Quare præstita pactionis fide, exsolutisque
donariis ac vestibus, irarum plenus in patriam
ad suos abiit. Nec puella multo post proco-
rum vni clocata fuit. Paucis inde diebus post
nouas nuptias Samson inde reuersus, cum à
prioris sponsæ coniugio prohiberetur, vehe-
menter indoluit. Et quanquam patens spon-
sæ alteram ei filiam se daturum polliceretur,
tamen irarum plenus Thamna excessit, socero
& Thammæis propter negatæ coniugæ infen-
sus, atq; sic occasione fortitus est Philistæorum
terrā deuastandi. Nā vt vlcisceretur Thameo-
rum iniuriā, trecentas vulpes facib. ad caudā li-
gatis captas in matras Thamnæorū segetea
immisit, quarū vagantū fuga Philistæorū ager
vno tēpore totus deflagravit, Philistæi versa in-

authores cladis ira puellam quæ Samsoni mæ
ttrimonio fuerat locata, cum parentibus com-
bussere. Inde quia multi ab eo in agris obiter
oppressi dicebantur, infesto exercitu Iudeo-
rum ingressi Philistæ extrema illis minitaban-
tur. Concesserat interea ad locum Samson
quem Etham appellabant, erat ibi præcepti sa-
xi specus quem ille incolebat. Iudæi inopinato
bello territi legatos in castra mittunt, postula-
tum quid rei esset quod nulla à se iniuria affe-
cti Philistæ, hostiliter fines popularentur, sci-
re se, tributum ad id tempus sine fronde ipsi
genti redditum, paratosque se esse eorum im-
perata facere: Proinde orare, quos ad obse-
quendum promptos haberent, ne pergerent
offendere. Responsum his est, non esse cur Iu-
dæi sperarent pacem villam, nisi Samson qui
totam gentem fœdissima clade affecisset, ad
supplicium traheretur, quod cum præstetur,
pacate se eorum finibus excessuros. Periculo
rei moti Israelitæ, tria armatorum millia ad
Samsonem capiendum misere. Qui ad id missi
fuerant, ubi ad specum venire, nil Samson re-
culasse ferunt, quo minus se vincitum dederet
modo Israelitæ qui aderant ab iniuria vitæ
parceret & substituerent, fideq; in id ipsum ac-
cepta, reuinctis post terga manibus in hostium
castra productus est. Vbi vero in conspectu
stetit, abruptis repente vinculis, & ad vim con-
uersus. Asini maxilla temere arrepta, quæ forte

in proximo iacebat, ad mille hostium, cæteris
crepidatione ac fuga disiectis interfecit. Ipse
turbatos hospes insecutus ingenti oborta siti,
cum eam diu tolerasset, in preces versus operem
diuinam exspectauit; Numen dedit ex maxilla
qua in pugna fuerat usus, potui suauissimam
manantem aquam, in cuius rei argumentum
ferunt ipsi loco à re, quæ mirabiliter ibi facta
est, nomen postea inditum Amathlecha, quod
intendit prelari possis eleuationem maxillæ. Post
hac ignoto habitu Gazam vi bitem Philistæo-
rum profectus meretricium amorem securus
est, Credibile etiam est, ut hostium consilia
exploraret, Gazæi re animaduersa portis sub
nocte clausis præsidia circa illas sine tumultu
disponunt, ne infensissimus hostis nocte
fretus elaboretur. Occasionem igitur expe-
ctarunt, ut quieti & somno datum obtruncarent.

Samson non ignarus eorum quæ parabant,
priusquam maior ullus motus in urbe orire-
tur, silentio media nocte ad portas tendit, eas-
que cardinibus auulas atq; humero imposi-
tas, in iugum montis detulit, qui Hebronii im-
minet, atque in clarissimi Trophæi modum
sublimi loco statur. His ille gestis ferocia ani-
mi viribusque confisus, neque patris legibus
neque institutis teneri posuit amplius, quia
peregrinos ritus & mores amplexus, breui ex-
citum vitæ sortiretur. Ex iis vero quæ postmo-

V dum

dum inuenire, intelligi potest, nefario amo-
re eum ab initio Gazan allectum, & in di-
scrimen illud iam pridem memoratum inci-
disse. Secutus est dejceps meretricis Dalilæ
consuetudinem in valle Sorethi, quam cum
frequens adiret, non sine vitæ periculo, Phili-
stæorum Principes, vbi exploratam habue-
runt hominis cum Dalila consuetudinem, quia
aperta vi aggredi non audebant cum Dalila
occulte agunt multis pollicitationibus eam
onerantes, vt quoquo posset modo eum
Philistæis traderet captiuum. Meretrix spe
muniuerum impulsa, cupidaque suis gratificari
ciuibus, inter complexus, Samsonis brachia,
pectus, ceruicempræter solitum mirata, seiscia-
tataque num membra insuperabilita' teneret.
Tum ille fractus mulieris illecebris dixit, si
septenis nexibus fvero reuinctus, siam sane su-
perabilis. Credidit puella, remque ad Prin-
cipes secreto detulit. Iusta itaque est per lusum
id experiri, paucis secretiore parte domus oc-
clusis qui dolo succedente nexibus colligatum
inuaderent, vincitumque in publicum trahe-
rent, virgineis ergo (vt Iosephus scribit) no-
dis sommo presulum Dalila adorta est, sacra Bi-
blia neruos septenos fuisse testantur, sed qui-
buscumque ille nexibus ligatus est, Dalilæ
clamoribus experrectus abruptis repente
vinculis sese in pedes statuit. Tum puella
ludenti similis, experiri volui, inquit, an ro-
ganti

ganti mihi vera dixisses, sed maiore nunc vi-
deo opus est vi, si quis vires istas domitas velit.

Denuo igitur multis verborum phaleris
sollicitauit, donec dolo non multum dissimili
priori luderet amicam. Recentibus, inquir,
funibus opus fuit, ut vincitus iacerem. Hoc ip-
sum quoque insidiatrix frustra experta est.
At tum muliebriter conquesta est, se ab eo i-
terum illusam.

Tertio ludificatus est eam Samson, si in-
quit, septem capitis mei cincinnos iugo tex-
torio intexueris clavoque terrae infixo reli-
gaueris, non ero robustior cæteris viris. Ast
hic Dalila iterum ac tettio irrisa, velut à quo
toties ludibrio habita ab illo non fideliter a-
mateatur, speciem ægritudinis componi, mœ-
sto itaque & minus familiari vultu se illi de
industria offerebat. Tum Samson impatiens a-
moris, meretricis intēperiem diutius sustinere
nequit, donec se materno vtero consecratum,
inoffensasque vires in capillis esse, fuisseque
ob eam rem parentes oraculo monitos ne no-
uaculam, aut aliud quo capilli ponderentur,
paterentur suo capiti admoueri; augeri cum
ipsis crinibus vires ipsas, quæ nisi capillis de-
torsis adim non possent. Fecit ea narratio si-
dem puellæ, occasionemque adepta, quie-
scentis caput nouacula abrasit. Ita ille
Philistæis proditus, luminibus priuatur,
reuinctisque post terga manibus hinc inde

V 2 ad

ad ludibrium traducitur. Interea pilo paululum
renascente, cum solemini die Philistæi publice
epularentur, iussus est Samson in triclinium
adduci, ut ludibrio esset ciuitati. Id secum ille
ægre ferens custodem corporis rogat, vt orbis
tatis suæ miserrus, se fessum stando aliquando
parieti acclinaret, ubi paululum quiesceret.
Duæ erant omnino columnæ, quibus totum
erat conclaue illud (sive ut quidam volunt)
templum impositum, his ille prehensis subito
impulsa ita omnia concussit, vt ex improviso
lapsu tria hominum millia secum obruerit, si-
que Samsonis viri fortissimi exitus fuit, & fere
plures morte sua interfecit quam in vita. In e-
ius vita Christi imago adumbratur, qui etiam
moriendo hostes subegit & opprescit. Annos
viginti imperium inter Israëlitas tenuit, sepul-
tusque est à fratribus & cognatione inter Sia-
ra & Esthol, in sepulchro patris sui Manoë,
Herculi fere similis fuit. Ut ergo enim fere à
leonis interitu suam est gloriam auspicatus v-
terque invictus à pluribus extitit, tam hic quā
ille multi æris opera periit, vterque ultro mor-
tem appetiit, Samson orbis tatis, Hercules do-
loris impatiens, & quod plus est, coetanei, vt
Hieronymus affirmat, fuerunt. Euse-
bius aliquanto iuniorem Sam-
sonem credit.

DE

V.
PIORVM DVCVM. 309
DE SAMS ONE,

EPIGRAMMA,

Samson robustus vulgaris nec pietate
Præditus à teneris grandia facta dedit.
Ipse leonem ausus potuit prosternere inermis
Et maxilla ossini cadere mille viros
Sublimes Gaze portas d:scrime vita
Abstulit in monte claratrophe a ingum,
Postremo cæsos morti vexatus amore
Amisit facie lumen virumq; sua.

DE ACHIORE, XII. DVCE
pio.

A Chior Dux quidem gentilis ignarusque
veri Numinis, at amen pietate in Deum,
qua Numen cœli & terra Deum laudibus in-
signibus prædicauit, non inter pios Duces in-
fimæ sortis referendus est. Fuit Dux Ammo-
nitarum, neque pericula quibus ab Holofer-
ne vrgebatur, neque mortis dis. rimè metu-
ens, quæ pium decent ducem præstitit. Nam
cum Holofernes Imperatoris Assyiorum
Dux omnes ciuitates & populos impio pro-
posito funditus euertere qui suum regem vel-
ut Deum non reuerituri essent, decreuisset,
hic solus Iudeorum populum futurum dixit

V 3 insu-

insuperabilem propter Numinis protectionem, cui repugnare difficile, enumerauitque multas historias, & miranda, quibus Israëlitæ ab hoste incolumes, atque adeo de eius antiqua origine, perspecta sanctitate & invicta virtute incorruptum dixit testimonium: propter quod præfecti & tribuni regii ita excanduerunt, ut censerent statim interficiendum.

Holofernes, ut cum iis quos laudauerat, cæderetur, vincitum ad vallum hostile adduci & ad arborem alligari iubet. Is à vigilibus Bethuliensium capitur, & exposita sua miseria causa, in oppidum cum plausu ducitur, & de Dei omnipotencia & bonitate edocetur.

Achior incredibili miraculo seruatus, & viso deinde Holofernisi capite, noua per foeminam victoria percussus, ritu gentilitatis relicto, in D E V M verum, rerum conditorem credit, & inter ciues populi Dei recipitur.

DE ACHIORE,

EPIGRAMMA,

*Achior iniustum dissuadens bellum Holoferni,
Exemplum Ducus prabit inde pii.*

Nem

*Non iras Ducum non vincla minantia mortem
Horruit; intrepido quaq₃ subire pede
Maluit, illa sam mentem ut seruaret. Et inde
Retribuit multo fænore cuncta Denu.*

V 4 DVOX





MV 312 AVRO 111

DVODENARIVS SEXTVS, DE IMPIIS DVCIBVS. DE NEMROTHO DVCE I, *Impio.*



EMROTHVS impiorum Du-
cum primus, Chusi filius, Cha-
mi filii, Noe, nepos, vir facino-
rosus, multumque Cainæ atq;
adeo autem temeritatis æmulus.
Ferunt hunc authorem fuisse, ut eminentissi-
ma turris ædificaretur, ut si subita vis aquarum
iterum terram operuisset paratum haberet
cum suis profugium. Alii vero putant speral-
se eum hac mole se cœlum occupaturum. Cœ-
terum ædificando, res mira tum contigit ni-
mirum diuina voluntate factum, quum ali-
quot stadiis opus in arduum venisset, numero-
sa illa operantium manus ob linguarum con-
fusionem quæ tum primum cœpit ab incepto
desiste-

desistere coacta est, vnde propter confusioneē Babel, Chaldaica voce turris dicta est. In Meso-potamia contigisse quidam referunt. Nemro-thi igitur audacissimi dacis conatus ludibrio finitus est. Arma hic Nemrothus ad subiugan-dos alios primus sumplit. Parentum enim au-toritate neglecta, quæ mitissima dominatio fuit, tum temporis primum omnis seueritas & grauitas inter homines concidebat, crescebat-que scelerum & flagitorum impunitas. Di-ctus sermonē multi uudinis, *venator coram Do-mino*, quia violentus & iniurius erat, & ad agē-dum secundum suas leges, vi obedientiam ex-torxit & pœnis statuendis dominatum contra rebelles occupauit. Potentes sine respectu atq; discriminē coegit. Ab ea initia facta sunt Monarchiarum, quas Deus exit, ut in iis ma-neret aliquis nidulus Ecclesiæ, qui præsentia Dei defenderetur, etiamsi seruitute variisque ærumnis inter imperia saua & superba homi-nes innocentes & pii premerentur. Principiū eius regni fuit Babylon, Arach & Anahac & Galamne in terra Senaar. Berosus vixisse hunc ait anno mundi 1829.

DE NEMROTHO,

EPIGRAMMA,

Nemrothus turris celo temerario ab ausu

Abstractus, post quam dissona lingua foret.

V 5 His

*Hic primus leges statuit, pœnissq; rebellis
Affixit. Primus nempe monarcha fuit.*

DE SAMMARIA, SIMIONI- ta II. duce impio.

SAmmarias quem sacra Biblia vocant Zimri filius Salumi Dux ex tribu Simeonis, vir inexplibilis libidinis & omni scelere contaminatissimus, cum Madianite quadam puerilla nobili loco orta rem habuit contra legem Domini qua yetitum, ne quisquam cum alienigenis misceretur foeminiis; Neque lachrymantium, neque deprecantium Israëlitarum rationem habuit, sed libidini suæ ut placuerat, satisfaciebat. Non minus igitur ferociter quam impie Moysen Ducem & populi preces aspernatus coram vniuersa multitudine ad se puerellam in suum tentorium recepit. Hoc scelus et si nemo erat, qui ob diuitias hominis domesticumque splendorem reprehenderet: Attra-
men perstrinxit tantus quidam dolor circumfusæ multitudinis animum, turbabaturque in primis ira iuuenis, Pinehas dictus Eleazar filius ac nepos Aaronis, atque ut tanto se flagitio non conniuere monstraretur, contulit se ad Ducis tabernaculum, quo cum puella dormiebat, ac stricto ferro Sammariam Ducem ipsum in complexibus puellæ atque una quoque ipsam puerillam uno ictu transfixit. Hoc modo

modo Ducus huius impii detestabile facinus
expiatum ac Numinis ira placata est.

DE SAMMARIA,

EPIGRAMMA.

Sammarias vetite vexatus amore puella.

Inclitus is dux sed scelerosus erat
Aronis proles transfixit corpus utrumq;,
Virginis atq; ducis penaq; instafuit.

DE ABIMELECHO, DVCE
III. impio.

Gedeonis ex concubina Sichemensi, fortissimi Ducus & Iudicis, filius: Fraticida fuit, nam omnes suos fratres excepto uno Ioatha, (quem homines fidi absconderunt,) quorum 70. fuerunt occidit, ut solus regnum obtineret, vixit Anno mundi 2693. Egit quidem strenuum ac fortem Ducem & Iudicem, sed vir immanissimus erat. Imperium non suffragio sed blanditiis assecutus. Verum ut principi gratius erat, ita postea propter sceleris infamiam apud vniuersam Iudaeam pessime audiuit. Oderunt igitur illū populares dirisq; in illum odiis exarfere, expectantes etiā diuinā vltionē. Nec italogo interiecto tēpore Siche-

mit.

mitæ eius principatu pertæsi, homines sane
stulti & leuissimi, Duce quodam Gabele, ab i-
psò defecere.

Hos ille haud multo post agresti operiin-
tentos adortus, portas vrbis, ne qua pateret ef-
fugium, primo occupat, qui in agris erant, ad
vnum penetrucidat, nec minor in vrbē cædes,
nam in omnem sexum & æratem eius est læui-
sum. Sic hæc vrb̄ excidio dedita est. Verum
ut posteros vindictæ huius memoria maneret,
in ea area qua vrb̄ steterat, salem spargi pro-
tritico imperauit. Sichemitarum profugæ me-
dio tumultu ex agris in proximum templum
velut in asylum quoddam cum liberis & vxo-
ribus se receperant. Erat is locus satis natura
munitus. Hunc cingere tumultuario parauit
opere, succiso nempe ingenti ramo he arbore,
humerisque sublatō omnes commilitones id
facere iussit.

Succidentes igitur cuncti illi qui cum eo e-
ran ramos, secuti sunt Abimelech, & admo-
uerunt ad arcem, incenderunt hisce ramis arcē
igni, vt omnes morerentur, qui in arce. Sichem
conglobati erant, ferme virorum & mulierum
mille. Habuit inde Israelitas vnius vrbis exci-
dio perculsus multo ad injuriā oportunio-
res, donec Thebeorum mœnia expugnans,
saxo superne iactus à muliere quadam, conci-
dit. Accepto vulnere quam lethaliter se vul-
neratum sentiret, armigero iugulum porriges-
roga-

rogatit, ut quid reliquum vitæ superesset, ferro hauriret, ne homo fortissimus muliebri manu necatus diceretur. Atque sic Abimelech recepit iuxta scelus fratricidii mercedem suam, & vt Ioachas prædixerat, filius Gedeonis, factum est. Tyrannidem exercuit annos tres, dedecus gentis & generis, homicida ciuiū, parricida fratribus, euersor libertatis, patriæ incendiarius.

DE ABIMELECHO,

EPIGRAMMA.

*Abimelechus homo peruersiss, maicitat omnes
Fratres, ut regnum solus habere queat.
Ictu fæmineo cæsus pro crimine pœnam
Expertus iustum, Dux pietate carens.*

DE BANAA, DVCE IV.

impi.

*B*Anas filius Remnonis Beero: hithæ ex tri-
bu Beniamin. Dux scelestissimus, cum fra-
tre Rechabo Isbosechum filium Saulis (ratus
eam cædem Dauidi placitaram) meridianem,
sine tumulo, in propriis ædibus, grabatulo
suo occidit insidiis. Persuasum habuit nullius
muneris genus gratius Dauidi futurum, quam

si

Si illius caput truncum afferretur, qui futuro
regi impedimento ad stabiliendum regnum
fuisse. Sublato igitur Isbosethi capite festi-
nanter abiit, eumque Dauidi apud Hebro-
nem moranti quasi re bene gesta, obtulit. Ve-
rum longe aliter evenit quam putarat. Nam
Dauid capite inspecto authorem cædis multis
execrationibus insectatus, mandauit ut meri-
tas quod virum regium, idque in domo sua
lecto cubantem perfide necassent luerent pœ-
nas, illumque cum fratre se præsente ad sup-
plicium trahi iussit. Executi sunt ministri re-
gum iussum, & in eternam contumeliam præ-
cisæ sunt illis manus ac pedes, atque in piscina
Hebronis suspensi.

DE BANA A, EPIGRAMMA.

Dux Banaas audax, sed perfidus. Isbosethum
Saulidem in somno callidus ense necat.
Deculit inde caput Dauidi, præmia sperans,
Præmia sed dantur dum ingulatus obit.

DE IOABO, DVCE V. impi.

IOabus Dux militiæ apud Regem Dauidem
summus, & fortissimus, ex sorore illi nepos.
Hic nisi flagitiis multis se polluisset quod ad
belli-

bellicas virtutes & militare attineret gloriam similem vix haberet. Tot enim difficiles pugnas subiit, ut merito bellatorum fortissimus nuncupandus sit. Nam externa pro Dauide gessit bella contra Syros, Ammonitas, Philistinos: domestica, contra Saulum Absalonem, Sebam: quibus omnibus victor eus sit. Verum propter morum corruptelam, & vitiorum cumulos quibus obnoxius fuit, non modo inter impios referendus Duces, verum & impietas suæ maximas dedit pœnas. Ducale natus est Imperium à Dauide, dum hortaretur suos Duces Hiebusatos ut expugnarent, quique id primus expediret militiae Ducem summum fore designandum. Vnde Ioabus fortissime se gerens propositam obtinuit victoriam, atque summo potitus militia officio, Abnerum fortissimum Saulis Ducem, partim quod Asahel fratrem in pugna interfecisset, partim veritus ne sibi militia præfecturam eriperet, apud Dauidem, circa portam urbis exceptit, & per speciem colloquii in secretum abductum incautum obruncauit. Vnum memorare de Ioabo daxi operæ pretium, fortissimum factum quod gessit. Dum Asahel frater transfixus ab Abnro fuisset, tantæ dicitur fuisse fortitudinis, ut fratri auditu casu non à pugna destiterit, donec nox ipsa pugnam interemit, quemque nec Gerimani fratri interitus ab ardore pugnat declinare potuit.

potuit, intempsa nox cessare coegit. Ammonitas cum Syris magna cum strage iussu Dauidis disiecit, atque in turpissimam fugam verit Rabbatham ciuitatem Ammonitarum obsedit, ibique Viiam iussu Regis tumultuariz pugnæ obiectum percuti curauit.

Tandem Rabbathanis omnium rerum in opia fractis, regi significavit victoram in manu eius esse, & honorificum Regi futurum. Si clarissimæ vrbis excidio inreresceret, vnde egredia victoriae laus Dauidi orta est, Rabbatham que continuo accessit, sub cuius aduentu vrbis capta atque hostiliter direpta est. Absalonem posthac callidissimo consilio reconciliauit parenti propter fratricidium Hammonis primogeniti Dauidis. Et si vero enixe Ioabus dedit operam, vt cum filio pater in gratiam rediret, id quod etiam imperatuit, Absalone tamen deinceps in patrem seditionem exercente, Ioabus à partibus Dauidis hæsit, atque Absalonis exercitum numerosum cum paucis ad pugnā prouocauit, talique industria vslus nē sentirent Absalonitæ, exiguum sibi bellatorum numerum esse, vt syluam Ephraim à tergo haberent, vt sic suorum paucitas minus fieret conspicua, aut quod forte ad insidias talis aciei dispositio commodior videretur. Nec Absalon cunctatiis in Ioabum aciem exprimit. Cæterum militaris rei peritia longusque bellandi vslus Ioabo gradum ad victoram fecit. Absalonitæ aliquan-

Quantulum protracta pugna, cum de victoria
desperarent, in proximas sylvas effusa fuga co-
minus ac præsenti animo & feruore initante
Ioabo, compulsi sunt, tum demum palantes at-
que hinc inde dispersos Ioabus suis de nouo
animos ad dens, citra viginti hominum millia
ea fuga & clade obtruncatis Absalonem &
ipse quanquam rex, ne quis illi manus inferret,
prohibuerat: at tamen iam paulo eminentiore
capillis quercu affixum iaculo transfodit atq;
sic tuba milites prohibuit. Regis etiam luctum
de Absolone interempto quamuis egre admou-
dum mitigauit, vt doloris obliuisci cogeretur,
commisit postea denuo homicidium, nimisq;
Amasam conlobrinum, qui fuerat Dux Absa-
lonii exercitus, cum David præfecturam huic
præbere decreisset ea attulatione, qua Abnerum ad se venientem ferro incaurum tra-
iecit. Nec secundum hanc cædem desedit, sed
confestim in Sibam defectionis autorem cum
omnibus copiis profectus in Abelmacham vr-
bem eum compulit, compulsum vallo & mili-
tum coronâ cingit. Tum mulier integrâ fama
Ioabum ad colloquitum elicuit, atque si discé-
dere polliceretur, promisit caput Sibæ extra
muros se porteturam. Ioabus caput hostis
projectum ut vidi, confestim soluta obsidio-
ne Hierosolymam ad regem reuersus est. Na-
merauit populum imperante Rege, licet mutu-
sus, ubi octingenta millia bellatorum inter Is-

X raelia

raelitas inuenit; & quingenta millia pugnatorum in tribu Iuda; omnibusque seriis negotiis interfuit atque expeditius promptissime, ut nihil in illo preter pietatem desideratum sit. Hoc unum vero egit salutariter, quod Regi populum numeraturo vera & graui sententia contradixit. Postremo in coniuratione Adoniae, à Rege senio consepto discessit, vnde à Salomone imperium iam obtainente per Banaram filium Ioiadæ mandatum est, ut interficeretur, sic enim præceperat David moribundus, ne permetteret illum propter geminū homicidium sine sanguine ē vita migrare. Quare Ioabus sentiens sibi insidias à Salomone parari, confugit ad cornu altaris templi ceu Asylo quadam, verum à Ioiada extractus est & occisus, sepultusque in domo sua in deserto. Sic fortissimus ille dux propter impietatem dignas dedit pœnas.

DE IOABO,

EPIGRAMMA,

Sarvia ductorem nulla pietate celebre
Hunc peperit fortis, sed fuit ille malus.
Multæ quidem gessit dexterrima pralia crebro
Hostes demicit Marte fauente diu.
Fortiter & quamuis se gessit ut inclitus beros
Aitamen ad cedes huic erat apta manus.

DE

DE AMASA, DVGE

VI. impio,

Quamquam nihil impii patrasse legatur A-
masas Dux Absolonii exercitus, attamen
quia impio præbuit auxiliares manus & filio
inusto contra pium patrem, non inepte inter
impios duces referendus erit. Fuit consobri-
nus Ioabi, cuius parens Ismaelita, mater vero
Abigail, soror Dauidis, militiæ peritissimus
fuit, vnde Absolon in coniuratione aduersus
patrem ducem illum militiæ constituit, verum
fusis copiis Abslonis propter virtutem & co-
gnationem, veniam à Dauide, impetravit, qui
præfecturam belli promisit, & iam ad nouum
exercitum contrahendum, & ad defectionem
Siba turbandam miserat, processerat igitur ad
quadraginta stadia ab urbe, vbi Ioabus inuidia
& itacundia flagrans, veritus ne militum pro-
fectoria se, Dauidis iussu, in illum trāsferretur
ipsum fraterne se vocavit colloquii causa: Sed
inter amplexus & oscula consobrinum & col-
legam suum sica furtim traiecit, & in medium
viam agminis prætereuntis proiecit, nullo pu-
dore neque regis neq; arctissimi fœderis. Ma-
ximæ ignomiaæ hoc parricidium Ioabo fuit,
qui propinquum & necessarium interfecerat.
Illum igitur confossum ac in medium viæ pro-
iectum multoque sanguine & puluere con-
spersum cum conspicarentur milites præter-

X 2 eun-

cuntes non perrexerunt ad pugnam donec Amasæ à via sublatus in agro proximo tegetetur vestibus. Hic finis fuit strenui ducis Amasæ. Huius interitum duplice modo Dauid luxit, & quod Duce altero priuatus esset, & quod alterum Ducem contaminatum videret maximo facinore.

DE AMASA;

EPIGRAMMA,

*Hic Amasa genitus Dauidis stemmate, Ductor
In Regem iuuit bellâ cire malus.
At culpam Dauid dimisit m: litiaq;
Prefectum fecit, post habuitq; Ioab.
Ast agre ille ferens, irarum percitus astro!
Vulnera in abdomen clam, nec opima, dedit.*

DE ACHITOFELE, DVCE
VII. impio.

*A*chitophel Ciclonites, consiliarius primo Dauidis, & dux militaris Absolonis factus & consiliarius simul, hoc homine in regno occupando Absolon in primis fuit usus, suus hic etiam iuueni ad patris Imperii autoritatem diminuendam, decem concubinas quas Dauid domum ut custodirent reliquerat, detestabilis concubitu polluerat, fuit homo prudentissimus

mus in communicandis consiliis, adeo ut eius
decreta ceu oracula Deorum colerentur; con-
suluit eum Absolon de Dauide opprimendo,
vbi dexterimum inuenit consilium, videlicet
ducem se promisit, modo concederentur de-
cem millia armatorum fore ut his copiis usus
paucis diebus aut senem in urbem captum ad-
duceret, aut si capiendi non daretur occasio,
congressurum se Davidicis copiis adque mor-
tem aliquo modo Regem compulsurum. Ve-
rum Chusai consilium (qui clam Davidis par-
tibus fauebat,) cum Absalon una exquirere-
ret, isque diuersum suaderet, vniuersas nempe
bellatorum copias aduersus Davidem cogenda
propter dubiam in tam parua quam Ahito-
phel postularet, militum manu victoriam,
qui si hoc primo conflictu, Davidis copiis fo-
rent inferiores, omnium militum animos hac
clade fore consternatos. Placuit id consilium
Absoloni, repudiato Ahitophelis. Cum vero
Ahitophel suum consilium repudiari, suam
que authoritatem Chusai sententia minui vi-
disset, ratus ad haec futurum, ut Dauid Absolo-
nis desidia omni periculo defunctus haud
multo post regnum recuperaret; At tum o-
mnes qui ex Absoloni partibus fuissent ex-
trema passuros, indignatione vinctus, ex urbe
descessit, & prae impotentia ac trepidatione la-
queo sibi fauces interclusit. Preces Davidis

X 3 hunc

hunc sceleratum aulicum ad suspendendum
adegerunt. Sepultus est in patris sui monu-
mento.

DE ACHITOFELE, EPIGRAMMA.

*Impius in Regem, consultor perfidus hero
Coniurans mouit grandia bella suo.
Consilia at cernens minime succedere, vitam
Restis finiuit mortuus ille domi.*

DE SEBA BOCHRITA, DV- ce VIII. impio.

Sebas Bochori filius ex tribu Beniamin, iu-
uenis audax & inquietus, defectione Abso-
lonis vix dum aliqua ex parte suppressa, hic im-
perii auditus, cœpit aliquot tribus solicitare,
quas facile ad suam pertraxit coniurationem
David rerum certior factus tumultuariæ se-
ditionis, Duces suos ad hominis compescen-
dam audaciam celeriter misit, à quibus intra
muros oppidi Abelæ improviso obseßus fuit
cœperat metus ingens Abelanos postquam se
arcta premi obſidione vidissent, nec in mani-
festo yrbis discriminæ palam erat, quid poti-
sum fieri deberet, vt se periculo præsenti
subtraherent hominem publicæ fidei credi-
tum

tum sua sponte, perditum nolebant, nec à du-
cibus Regiis ad supplicium requisitus fuerat.
Tandem mulier quædam viam ad salutem in-
uenit, quæ Ioabo & aliis persuasit militibus, vt
Sebena certuix, si ad milites extra mœnia proii-
ciatur soluta obsidione pollicerentur se disces-
furos ciuitatis etiam primates hortata docuit,
vnam omnibus ad salutem patere viam, si fugi-
uum vnum hominem dederent. Huius itaque
forminx impulsu summates ciuitatis truncatum
Sibæ caput è muris in hostium conspectu
proiecerunt. Quo viso omnis multitudo ab
vrbe recessit. Hoc ergo pacto seditiosus Sibæ
vitæ nactus exitum, hominisque huius teme-
rarii morte, & vrbs ab excidio mansit incolu-
mis, & cæteri factiosi subito ad officium re-
dierunt.

DE SIBA,

EPIGRAMMA,

Dux Seba peruersus vir prælia dira citauit
In regem: hoc facinus sed male cessit ei.
Namque illi abscessum caput, extra mœnia ia-
ctum
Perfidia poenas sic luit ille sua.

X 4 DE

DE ZAMBRI, IX. IMPIO
Duce.

Zambris Dux equitum regis Helæ filii Baasæ fuit, atque suum regem ex eo quo bienio regare cœperat, quum apud dispensatorem suum cœnaret, paucis in eum equitibus immisis ex improviso oppressit, ac ne quid ad occupandum regnum sibi moræ fieret, post regis cædem, omnes ex Baasæ domo ad vnum sustulit, vrbemque Tharsam, sedem regiam occupauit, & diadema insciente exercitu rapuit. Homo astutæ & audaciæ deploratae Helæ cæde ad exercitum perlata, ingens militium animos indignatio cepit. Amrioque militiæ duce, rege constituto, vlciscendi sceleris studio, Gebethonis obsidione soluta, ad Tharsam recuperandam exercitum vniuersum adduxere. Simrius conscientia facinoris & periculi præsentia amens, regiam clausam incendit, & cum scelerum sociis se cremauit, die tyrannidis occupatae septimo.

DE ZAMBRI,
EPIGRAMMA,

*Hic regem Dominum percussit regnaq[ue] adiuit
Post septem subito cæsus & ille, dies.*

DE

DE NABVSARDANO, X.

Duce impio.

NAbuzardanus dux ex exercitus regis Nebucadnezaris, improbisimus nebulo, venit Hierosolymam, templum Domini succedit, & domum Regis, omnesque domus Hierosolymæ exussit, muros ac portas ciuitatum destruxi, & multos Iudeorum captiuos duxit ad Babylonem, ex pauperibus vero agricultores & viatores ad terram colendam reliquit. Tulit quoque principem militiae, Saraiam sacerdotem primum & Sophoniam sacerdotem secundum, tres ianitores & simul horum praefectum, & quinque viros qui stetabant semper coram Rege, Sopherum etiam principem militiae qui probabat tyrones de populo, atque duxit ad Regem Babylonis, succedit templum, destruxit moenia, ac tyrannice pleraque peregit. Anno decimo nono Regis Nabuchodonosoris tale facinus hic Impius dux perpetrauit. Mensis quinti septimo die captiuos duxit Babylonem Iudeos qui ex clade Hierosolymitana superstites erat.

DE NEBVZARDANO,

EPIGRAMMA,

*Nebuzardan atrox & inexorabilis ulli,**Non puer parsens decrepitoue seni.*

X 5 Omnia

*Omnia vastauit flamma gladioq; furenti,
Captiuos diro detinuitq; ingo.*

DE NICHANORE, XI.DVCE impio.

Nichanor Dux Demetrii nobilis, sed impietatis studiosissimus, venit ingenti cum exercitu Hierosolymam, ut urbem & populu euerteret funditus, vtque commode sententia animi succederet, simulavit dolo pacificum se cum Iuda strenuo duce & inlyto Heroe vienre. Ceterum ita suam aciem instruxerat, ut Iudæorum ducem aduenturum in colloquium secum recta opprimeret. Innotuit ea res Iudæ, itaque noluit impio duci fidem habere. Cum igitur nulla ratione propositum Nicanoris feliciter flueret, tandem ad arma confugit: atque iuxta Capharsalamam in pugna Iudæ processit obuiam; quem Iudas incunctanter exspectans circiter quinque millia virorum in illius exercitu percussit. Ast vero Nicanor post hæc nihil melior redditus, sed & ipsum Numen turpissimis blasphemias affecit. Sacerdotibus mortem ac templi euersionem minitans. Relinquens igitur Hierosolymam castra metatus est versus Bethoron; & Iudas similiter approxiniquauit cum tribus milibus bellatorum, qui Numinis ope implorata commisit cum eo præ-

prælium. principio pugnæ impius Nicanor,
ut promeritum daretur supplicium, primus
infectus est. Vnde Iudei in signum potitas
victoriæ amputarunt Nicanori linguam ca-
put, humeros, brachium & dexteram, quam
extenderat contra Dominum & Hierusalem,
& publice suspenderunt Hierosolymæ. Dies
festus ob facti memoriam institutus est deci-
mus tertius mensis Martii.

DE NICANORE,

EPIGRAMMA.

Nicanor fraudis studiosus templo Deumq;
Affecit probris sauni & acris homo.
In primo occubuit conflictu illi q; resecta.
Vt caput elatum sic quoq; dextra minax.

DE APOLLONIO DVCE

XII. impio.

APOLLONIUS Thrace filius, Dux Sa-
mariaæ, Antiochi legatus, vir crudelissi-
mus, à rege Hierosolymam, ceu pacem
compositurus, cum magno exercitu, nempe
viginti duorum millium missus est. Quo
cum venisset, pacem simulauit & quieuit
usque ad sabbathum, tunc feriantibus
Iudeis,

332 DVO D EN. VI. I M P. D V C.

Iudæis, suos ut arma caperent hortatus ac omnes interfice: et, mulieres vitiantes ac virgines cuiuscunque vel sexus vel ætatis essent. Simulata fraudulenter amicitia per omnes viros atque domos cedibus grassatus, civitatem plurimis affecit damnis, Audi is quoque Iuda facinoribus, magnas Samaritanorum & Græcorum copias ad eum reprimendū contraxit: cuius ingressiōnem Iudas non expectans, cohortibus expeditis in aciem prodidit, datoq; pugnæ signo, hostes trepidantes fugauit, ac palantes in efecit. Cæso in acie Apollonio baltheus & ensis detractus illi fuit, quo Iudas postea glorię causa in omnibus præliis vultus fuit.

DE APOLLONIO,
EPIGRAMMA,

*Improbis hic raptor fidei paci, q; sacra
Innocuo implevit sanguine ubiq; domos.
Vitam agere ergo diu nequirit, cum perfidus esset,
Nam fides fallax nuspiciam inulta manet.*

DVO-



DVODENARIUS SEPTIMVS,

INCLYTORVM HE-
roum.

DE PRIMO HEROE CA-
lebo.

CAEBVS ex tribu Iudæ oriundus. filius Iephonis Cenizæi, herorum qui facile primas inclytorum tener, vir egregius & prestantis: cuius vegetæ corporis vires ne lene&tute quidem sunt diminutæ, inter duodecim principes qui Chananæam explorarent terram, hic quoque amandatus est anno mundi 2455. annum agens 40. terram esse rerum abundantissimam retul. t. vincibilem quoque contra socios incredulos tanta animositate affirmauit, vt à populo sedicio lapi- dibus peteretur. Solus is cum Iosua Moysè & Aarone spem & animum add. dit: omnia quæ vere-

vereretur, vana esse si duntaxat auxilio diuinō
niterentur eique fiderent. Dei omnipotentis
veritatem semper defendit, nec Dei auxilio
vnquam destitutus est; Solus is in terram pro-
missam, quam vere laudauerat, venit cum Ios-
ua, cum omnes reliqui qui ex Ægypto dum e-
ducerentur, supra viginti annos fuerunt, in se-
litudine mortui fuerint. Quadraginta fuit an-
norum, cum vna cum duodecim principibus
in terram Chananæam explorator amandare-
tur & quadraginta quinq; annos postea vixit,
perlustras terram promissam, & Iosuam in o-
mnibus belli periculis comitatus est. Quare
Iosua terram distribuire, & regibus vietiis,
contigit illi forte pro indefessis & assiduis mili-
tia sudoribus Hebron cum suo territorio, atq;
tum fuit annorum octuaginta quinq;. Maxi-
ma in Deum pietate vixit, ut merito inter pios
heroas collocandus non infimo loco sit. Bella-
uit & cōtra ciuitatem Cariar Sepherem: quam
si quis expugnaret, filiam Axam vxorem datu-
rum pollicitus. Cepit eam igitur Othaniel fi-
lius Cenezi, qui frater Caleb erat, atque dedit
illi vxorem filiam suam, atque ita cum Dodæ
terram Aitradem irriguam & Aridon filios
habuit tres, quorum nomina sunt Hir, Hela, &
Nahen. Sua felicitate posteritati monstravit,
quam sit bonum confidere in Do-
mino.

DE

DE CALEBO,

EPIGRAMMA,

*Calebus Iuda descendens Inclytus heros
Stemmate, Iephonis filius ille fuit.
In fracto populi sedauit pectore murmur
Ac Numen dixit proffera bella dare.*

DE IONATHA FILIO SAV-
lis II. Heroe inclyto.

VEri Herois, inclyti, magnanimi & pii iuuenis Ionathas filius Saulis typum præseculit: Hic statim patre ad imperium admisso, præmaturæ indolis euidentissima signa præbuit. Nam patre tria millia bellatorum elegente secum duo tenuit, vnum vero Ionatbæ in Crabaa Benianima reliquit mille, percussit igitur in primo suo tyrocinio stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa. Deinde populum à Philistæis grandi clade opprimi cernens, doloris impatiens, uno duntaxat (ut acceptam cladem refricaret) speculatorio amitus habitu, per scopulos arrepens hostium castra noctu ingressus, quæ munitissimo erant loco sita, & ob id fortasse nulla praesidia statione nocturna eo loci disposita; eam occasionem infraclusus iuuenis nactus hostes passim sommo & quieti deditos, fortiter adoritur cæde.

cædeque tam diu grassatus est, quoad morientium gemitus tumultum excitauit. Tum vero creditum castra ab hoste teneri simulq; præceps fuga inter Philistæos facta est. Tantam rem fortissimus iutienis ad libertatem retinendam populi molitus est. Saulus filium ut abesse sensit, suos ad arma hortatus, & ne à vano illo noctis terrore hostes respirarent, diris execrationibus eorum capita deuouit, qui à persequendo hostes desisterent, aut qui dum dies luceceret, cibam caperet. Quod patris edictū Ionachas per insciatam transgressus est, qui prope in examen apum cursu delatus, mellis fauum cupide hausit. Saulus postridie aram constituit, ad quam victimas pro victoria immolare, iussit igitur sacerdotem Numen explorare, an feliciter evenire vellet ut ad hostiū castra diripienda contenderet? Quod negante sacerdote, suspensi omnium sunt animi, rati ex militibus aliquem contra hesternam execrationem aliquid temere commisisse, vna omnes in eum inquirendum censueré ac de forte supplicium sumendum; Saulus ut sæuo crudelique era: ingenio, ne filio quidem suo parsurus videbatur, si piaculo se affixisset. Dicitur tum Ionatham sponte fassum, se paternæ execrationis insciū fauo mellis inediā leuasse, sed quanquam rei ignorantia illum excusasset, nihilominus paratum se vitam pro populi incolmitate effundere. Nec Saulus,

quam-

quanquam filium cerneret alia indole p̄dicitum, minus propterea s̄euiebat, verum vt res omnibus documento esset, ne regium imperiu in posteram negligeretur, Ionaham Aræ admotum, pater pro hostia iugulari imperat. Tū vero multitudo quæ circum erat, sublato clamore, non laturam se, vociferatur, eum per quem graui bello liberati essent, quando p̄f inseitiam deliquisset, vita priuari. Tale fuit tum in vnum Ionathan totius exercitus studium.

Dūm Dauide tantam habuit amicitiam, vt quasi semetipsum diligeret. Nam tunica sua exuta dedit eam inter alia vestimenta Dauidi. Etsi verō Saül summo Dāuidē odio p̄sequebatur, ob idque negotium Ionathæ daret, ad occidendum Dauidem, is tamen parentis iniquo mandato vsque adeo non paruit, vt potius nouo necessitudinis atque amicitiae vinculo se cū Dauide obstringeret, magnum nefas ratus, hūc qui de publica Hebræorum salute semel ac quē iterum optime meritus esset, neci tradere. Patrem igitur multis precibus & assiduis conatus nixus est exorare, ne in Dauidem affinem & amicum sibi dulcissimum s̄euiteret. Tandem eius intercessiones tantum ponderis apud Regem habuerunt patrem, vt sibi maximum negotium duceret Dauidem reconciliatum esse. Per Ionatham igitur rediit Dauid in gratiam cum socero: quem s̄epe Ionathas verbis & fa-

Y

Etis

DVODENARIUS VII.

333

Et si quando parum recte de illo patet loquetur, defendit sape etiam Saulis patris, ut erat inconstans & inquieti ingenii, rigorem ac vita dispensandum expertus eit. Nam semel defensurus eius partes, primo proditorem patris & spurcissimam feminam filium appellauit; deinde transfixus fere fuisset hasta, nisi amicorum astantium subita defensione protectus eua fisset. Triclinio igitur quo parés pransus erat egreditus uno duxat comite, sicut cum Dauide pastus fuerat, lenta deambulatione, quasi corpus exerceret ad notas Dauidis latebras progressus telum unum atque alterum ultra latebras Dauidis misit, ac puer comitanti se mandauit, eas referret, ac domum reportaret. Interim Dauid progressus cum eo in colloquium venit progressus adorans illum propter fidelissimam amicitiam: Ionathas omnia quae in conuiuio acciderant explicat, atque simul edocet, quantū illi à rege instaret periculi, hortaturque ut fuga sibi consulat. Nam quod ad se attineret, negat illa spem amplius prostare leniendi paternū animum. Cum lacrymis igitur vterque digressus prius inuicem iurauerunt, ut alter in arterius posteritatem exercerent misericordiam. Ionathas ad urbem reuersus, Dauid ad Abimelechū sacerdotem profectus est. Nec amplius licuit Ionathae Dauidi colloqui, quam cum ex desereto Liph, illum in sylva conuenisset, atque fœdus quod pepigerant, renouasset, multis Sa-

cra-

cramenti ceremoniis. Cæterum quamvis præclarus fuerit indolis & inculpabilis, attamen miserabilem vitæ habuit exitum, cum parente enim à Philistæis vinctus & trucidatus est, quorū capita ludibrii causa tholis affixa, corpora vero de moenium pinnis à Philistæis suspensi fure: quæ noctu labitæ tollentes, terra fortiter & splendide condiderunt: ossa ipsius cum paternis eruta, cui maiorumque tumulis intulit quem etiam elegantissimo laudauit Epiccedio, inquiens: *Sagitta Ionatha nunquam rediit inanis.* Amabiles illum & patrem & valde decoros appellat, quique vita semper coniuncti, morte non fuissent separati. Mortem vero Ionathæ in primis luxit atque sicut mater vnicum adamat filium dicit, sic se adamasse Ionatham amabilem eius posteritati quæ promiserat Dauid beneficia, exhibuit, & præcipue Mephiboseum plurimis complexus beneficiis, quem & mensam sua aluit. In tali amicitia Ionathas & Dauid vixerunt.

DE IONATHA, EPIGRAMMA.

*Magnanimus Ionathas inuenis fortissimus heros,
Regia qui soboles, militiaq; decus.
Inter magnanimos debetur gloria prima
Bellandi Ionatha iustitiaq; duces.
Solus hic armigero cum solo hostilia castra
Ingressus multos ense deditq; neci.*

X 2 Dæv

Dauidem miro affinem veneratus honore
In eius constans semper amore fuit.
Fortiter occubuit dilecto cum patre victo
Quem minime voluit deseruisse fuga.

DE ABNERO INCLYTO Heroe III.

Abnerus filius Neri, ex tribu Beniaminia, patruelis Saulis, primi Regis Iudeorum Princeps exercitus Saulini, vir incomparabilis fortitudinis, & omnigenè virtutis disciplinæq; militaris studiosissimus. Partes Saulis acriter egit, adeo ut ad quocunque proficeretur prælium, Abner ductor, & militæ princeps maximæ existimationis essent. A rege secundus fuit, & omnibus arduis negotiis apud regé expediendis ipse interfuit. Mortuo Saule impiger ille regia sibi vendicavit castra, & cum exercitu Iordanem transgressus, author extit, ut cæteræ Israelitarum tribus Iacobethum extiæti regis filium superstitem regem salutarent. Cui opposuit se Ionathas haud contemptibili exercitu, & circa Gabaam illum magna cede superauit. Fuit tum in Dauidico exercitu Asahela Ioabi frater, vir velocissimus, quem transfixit: fecit ille casus Abnero spaciū fugie- di, & per otium vadum quærendi per Iorda- nem (militantes enim cadente Asahele, subito casu

casu percussi, mortuum eum intuētes, moram
 in sequendi faciebant) pacataque in castra ad
 Isbosethum cum his qui aderant abeundi.
 Nec ita longo tempore post interie&to, Abne-
 rus à Rege nouitio ab alienatus, pro magno
 habuit negotio, Dauidis animum sibi ma-
 gna aliqua mercede conciliare. Causa mutati
 studii fuit, quæ Isbosethus multo iniquiore a-
 nimo, quam hominis merita postularent, Ab-
 neram consuetudine Resp̄hæ, paternæ olim
 pellicis, teneri patiebatur, parumque familia-
 riter eam obrem hominem accipere solebat.
 Nec ille dolorem suum tacite tulit minatus
 fore, ut breui Isbosethus maiora sui regni mo-
 menta in Abnero quam seipso fuisse intellige-
 ret. Pet fidelissimos igitur nunçios à Dauide
 petiit, ne quæ ad id tempus pro Isbosetho ges-
 sisset, sibi fraudi futura esse arbitraretur, para-
 tum esse se, non sine magno regni emolumen-
 to ad eum transire, num in eo esset futurus mi-
 litia honore, quo se Saulus illum potiri con-
 cessisset, daturum se operam. vt omnes trans
 Iordanem populi breui à rege alienaret, nec de
 militum studio dubitari oportere, quippe qui
 multo cupidius se, quam Isbosethum audirēt.
 In hac fide data & accepta, primo author exti-
 tit, vt Michol regis soror reposcenti Dauidi,
 quoniam bellica mercede nuptias puellæ sibi
 acquisiuisset, à viro cui elocata erat, abducere-
 tur, priorique restituueretur viro, q. haud gra-
 uate Isbosethus fecit. His gestis occulta dein-

Y 3 de ha-

de habuit consilia cum primoribus ciuitatum,
vt regnum huic qui à Propheta Rex inunctus
restitueretur, impie à se & aliis fieri, qui aduerso
Numine regnum puero stabilire conarentur.
Hæc comminabundus non solum in ur-
bibus sed in castris tempestive disseveruit, ciuita-
tum studia, faueremq; militum à Rege abalie-
nauit. Et iam omnia ad defectionem specta-
bant, quam ipse vt in ea quæ promitterentur
coram fidem daret, & acciperet, ignoto habitu
Hebronem ad Dauidem venit, vbi omnibus
inter se compositis multisque pollicitationi-
bus à Rege oneratus abiuit. Tum Ioabus ve-
ritus, ne sibi militiae præfecturam eriperet, a-
pud Dauidem virum insimulare est adortus.
Verum nihil cum lefficeret, tacite paucis suo-
rum consciis subito egressus, vt exequeretur
animi sententiam, expeditissimos cursu iuue-
nes ablegauit, qui Abnerum iuslu Regis re-
uocarent: Iam viginti stadia ab urbe erat ille e-
mensus, quando est ad Dauidem redire iussus.
Abnerus nihil mali suspicans, retro statim fle-
xit iter, eum venientem circa portam urbis
Ioabus excipit, per speciemque colloquii ab-
ductum incautum obtruncat, manifestaque
cædis fraternali mortis ultionem sceleri præ-
texuit. Abneri cædem Rex adeo iniquo tulit
animo, vt publice testatus sit, neque se patratæ
cædis concium fuisse, neque impune illos au-
thores à se id scelus laturos, & confessim, cum

tota

tota domo ad pœnam requisivisset, nisi illorum potentiam quæ plus æquo apud milites valebat fuisse veritus. Quod potuit igitur, quam magnificentissimo funeris apparatu corpus exulit, & Rex ipse feretrum eius plan gens secutus est, cumque iam sepeliretur in Hebron, leuavit Rex vocem altissimo eiulatu & defleuit amare interitum eius, laudauit illum maximopere dicens, nequaquam illum mortuum esse vt pigrum & desidem, aut cuius manus fuissent ligatae compedibus, sed tamquam fortem qui a filiis iniquitatis dolo per illset, omnisque populus ægerrime præmatram tulit mortem, & plurimum ipsum luxit: Neque rex eo die quemquam cibum capere permisit, sed ieunium indixit vsque ad solis occubitum. Abnerus igitur vir fortissimus hoc modo, vt dixi oppressus est. Caput Isbosethi postea monumento Abneri in Hebron simili ter appositum est.

DE ABNERO,

EPIGRAMMA,

*Abner cognatus Saulis, belliq; peritus
Strenuus & fortis militiæq; decus.
Fraude Iobi obiit cum non ingrata Danis;
Sauline sobolis regnaturus erat.*

Y 4 DE

DVODENARIUS VII.
DE ABISAO, INCLYTO
Heroe IV.

Abisaus in cyltorum Heroum haud postremus, filius Saruiæ, sororis Dauidis & frater Ioabi, Dauidis aunculæ sui defensor constans cumque eo multis periculis interfuit, & victor plurima gessit bella. Nam solus Dauidem cum fugeret Saulum, comitatus est, nocte ad castra Saulis quem dormientem etiam hasta transfixisset, nō Dauid prohibuisset. Pugnæ etiam contra Abnerum yna cum Ioabo fratre interfuit, vnde fratrem videns Abneri ferro occubuisse, indoluit grauiter, & postea Ioabo in fraternæ cædis ylijone auxiliares prebuit manus, vt Abnerus opprimeretur: Principem militiae egit, & vt frater, indefessus quam strenue vixit, ac aliis plurimis pugnis interfuit. A partibus regiis nunquam discessit. adeo vt semper regia stiparet latera: vnde Semium Dauidem conuitiis proscindentem recta ad supplicium trahere voluit, ac nisi vetuisset rex, sine mora trucidasset. Apparet hominem fortissimum & ingenui fuisse animi, non minus sui victorem quam hostium. Regi sedulo seruiuit: in Absolonis coniuratione militares administrauit copias cum fratre Ioabo, & defectionem Sibæ cum fratre similiter compescuit: item contra Annonem Ammonitam, qui legatos Hebræos raserant, ordines honestos

stos duxit. Isbidinobum gigantem ex genere Arapha, hominem immanis statuaræ qui Dauidem fore oppresserat, solus ille liberans regem interemit. Tanti animi corporisque robore septus, ut cum trecentis dimicare non veretur, & pugnando victoriam de illis solus obtineret.

DE ABISAO,

EPIGRAMMA,

*Abisau regens comitans clarissimus heros
Irruit in Saulis castra scyphumq, tulit.
Pralia multa gerens discessit victor ab illis,
Auerit regi multa pericla suo.*

DE ASAHELE, INCLYTO
Heroe V.

Asahel frater Ioabi, & Abisai, natu minimus, ex matre Saruia sorore Dauidis prognatus inclytus heros, tantæ celeritatis pedum fuit ut perniciofissimos equos cursu superareret. Hic corporis agilitate suorum agmen, dum frater aduersus Abnerum pugnabat, prægressus fugientium terga acrius infestauit. Pugnabat forte ultimo loco Abnerus, omnemque hostium impetum, ut sedatiore gradu sui intentum abirent, fortiter sustinebat. Respiciens

Y 5 igitur

igitur à tergo Asahelem vidi acrius instantem,
 Quo interrogato, an ille Asahel esset? & Asa-
 hele nomen confitente, ferocius in illum in-
 uectus monuit, ut parcius instaret, ne parum
 sibi prodeisset iuuenilis illa celeritas, quin ipso-
 tius præsenti gloria vt contentus discederet.
 Quæ Asahel quum viribus suis nimium fidēs
 contemptum audiret, & iuuenili calore accen-
 sus vehementius insultaret, Abnerus incau-
 tum ad inguina transfixit, ubi subito prostra-
 tus humili occubuit. Hæc cædes Abnero ansam
 pereundi præbuit. Sepultus est à fratribus in
 sepulchro patris sui Bethleemi, reliquo cognati
 & amicis fortissimæ indolis summo delide-
 río, optimæ fuit iuuenis indolis, qui hostem
 mortem ob oculos videns, à pugna non desti-
 tit, donec vel fortiter pugna occumberet, aut
 victoria potiretur.

DE ASAHELE,

EPIGRAMMA,

*Hic celer ire pedes, fuit hic quoq; prōptus in armis
 Mortem non timuit prælia dira sequens.*

DE ETHAI , INCLYTO
Hercoc VI.

Ethai Gethensis proselytus & cliens Daui-
 uidis, ad populum Dei à Philistinis se ag-
 gre-

gregauerat. Illustrissimus hic heros fuit. Dauidem filii Absolonis tyrannde fugatum in exilium secutus est, cumque Rex ei gratias ageret, inque vrbe, in qua nuper sedem fixerat reuerti iuberet: plane noluit ab illo discedere, seque in vita & morte cum Dauidे mansurum promisit. In pugna qua Absalon cæsus est cum suis, à Ioabo & Abisai, ipse tertiam partem exercitus habuit, atque agmen extremum duxit contra Absolonom, ut & felicissime pugnauit. Placuit Dauidi tantopere eius fida in se benevolentia ut inter præcipuos suos principes & Heroes illum recenseret, vnde non potuit inter illustres Heroes commode omitti.

DE ETHAI,

EPIGRAMMA,

*Exulerat quamuis Dauid, tamē exterus his Dux
Illum non voluit deseruisse fuga.*

DE BANAIA, INCLYTO
Heroc VI.

BAnaia Ioiadæ, viri fortissimi, filius præstantissimus excellentissimus heros. Duo Moabitarum castella cum suis præfectis cepit & leonem in cisternam lapsum, sine armis aggressus strangulauit. Procuratorem

Egy-

Ægyptiam, altum cubitos quinque, dignum
videlicet spectaculo hominem, pedo aggreditur,
& extorta ei de manibus valida halta, suo
ipsum telo superauit. A secretis Dauidi fuit,
cumque cohortium regiarum ducem fecit,
huic moriturus commendauit Solomonem
filium, atq; imperii gubernaculum. Hic postea
Solomoni mortuo patre fidissimus in omnibus fuit; iussu Solomonis occidit Iobam,
atque ipse Dux exercitus constitutus est, interfecit etiam Semeium qui contumelias afficerat Dauidem. Quod ad gesta eius attinet,
plane laudatissimus fuit.

DE BANAIA,

EPIGRAMMA,

Banaias Heros praelarius regia castra
Felici rexit sub Salomone manu.

DE ELEAZARO, AHOITE,
inclito Heroe VIII.

E Leazar Dodi filius Ahohites, sua virtute
ad prouocandos Philistinos profectum
exercitum liberavit, cumque res in summo es-
sent discrimine, pugnauit tamdiu, ut manibus
defatigati gladius ita adhæreret præ sudore, ut
ei excipi difficulter potuerit. Victoria ingenti
poti-

potitus, hostes cæsos dedit spoliandos sociis,
ipse præ lassitudine viribus destitutus. Hic lo-
cum inter Heroas Dauidis secundum obti-
nuit.

DE ELEAZARO,
EPIGRAMMA,

*Philistas mīta percussit cæde salutem
Magnam Iudeus inclytus ille rulit.*

DE SEMMA, INCLYTO
Heroe IX.

SEmma filius Agæ Hararites, Phistinos agtū
villæ cuiusdam diripientes inuasit & villam
ipsam defendit. Socii ipsius ex alia parte fugati,
sed suam ipse stationem non deseruit, solusq;
dimicans hostibus terrori, suis saluti fuit, & vi-
ctoriam amplam retulit. Inter Dauidis heroas
tertius reputatus.

DE SEMMA,

EPIGRAMMA,

*Agro pugnauit solus fugiente suorum
Agmine & intrepido constitit ille pede.*

DE

150 DVOBENARIUS VII.

DE IONACHA SAMMAIDI,
inlyto Heroe X.

IONACHAS filius Sammaæ fratribus Davidis, e-
gregius & magnanimus heros, Gigantem
staturæ longissimam, senos habentem digitos
ex genere Arapha ortum occidit, cum probris
affecisset Hebraeorum gentem. Impatiens e-
nim doloris iniuriam illam ferro vindicare
quam tolerare maluit.

DE IONACHA SAMMAIDE,

EPIGRAMMA,

*Ingenti hinc heros prostrauit mole Gyantem
Gethensem Ionachas, scommata nullaferens.*

DE IVDA MACHABEO,
inlyto Heroe XI.

IVdas Machabæus filius Mathathiæ sacerdo-
tis, Heros laudatissimus, tanta gessit bella, &
tot heroicis elaruit gestis, vt cum prioribus
comparatus, facile illustris, fortis & excellens
dicendus sit. Maximus enim animo, & celerri-
mus consilio & expeditissimus robore exsti-
tit: robore leoni, armis giganti, impetu flam-
mæ grassanti comparatus. Susepta legis dini-

nx

nātē populi afflīcti defensione, etiam adhuc
iūuenis cum esset, semper ad orandum prius
quam ad præliaandum accessit. Prīma eius cu-
ra fuit, cum Dux designatus esset, delere ex vr-
bibus Iudaicis fentinam impiorum, noxam-
que auertere ab Israelitis, ac recolligere pro-
fligatos; proinde eius dūctu hostes breui ex a-
gro Modimensi sunt eiecti atque vna omnes
diuinæ legis desertores occisi.

Erat autem quidam Apollonius Sammarinæ
præfetus, qui tanta suorum clade excitatus,
cum tumultuariō exercitu ad Machabæi co-
natus opprimendos accurrit, cui venienti Iu-
das fortiter obviauit hostemque prælio vi-
tium propria manu obtruncauit, cæloque o-
pima spolia detrxxit. Multi ex Antiochianis
copiis circa ducem occubuere, ples terga dé-
derunt, vnde magnus concursus ad illum fa-
ctus propter felicem vnius pugnæ succelsum,
cuius vires cum indies accrescerent. Seno
Dux, qui inferiori Syriæ præerat, magnis co-
piis, quas tum forte secum habuit, ad Be-
thoron castra mouit, qui vicus est Iudææ.
Iudas tametsi numero multo esset inferior,
pugnam tamen non detrectauit, cæsaque hoc
prælio ad octo millia Antiochenorum. Hoc
Duce extinto, alius quidam Lysias, cum qua-
draginta millibus peditum & septem mil-
libus equitum, Palæstinam ingressus, ad
Emaum confedit, at Iudas ad primam
hostium

hostium famam tria millia fortium virotum
sibi ex omni numero delegit; ac cum suis in
hostem profectus est. Cæterum haud ignatus,
quantum momenti in celeritate esset, nocte
ad hostium castra occultis ductibus accessit,
accidit autem ut eodem tempore Gorgias vir
bellosus cum cohorte vna, & mille equitibus
speculatum missis, ad Machabæi castra pene-
traret, ibi deserta vidit omnia loca, ratus ho-
stes metu in deuios montes abiisse, aliquandiu
delibetabundus stetit, pergeretne illos sequi,
an ad suos reueteretur. Iudas interea hostium
munitiones ex improviso adortus, tantum ter-
roris ad primum clamorem hostibus iniecit,
ut sine prælio alioue maiore conatu castra ir-
rumperet, ignemque tabernaculis iniiceret.
Tum vero ferro & flammâ late grassatibus fu-
ga facta est, multi mortales intra extraque mu-
nitiones casi, cædeque Gazaram vsque distra-
cta ad tria millia hominum cæsa fuerunt. Su-
peruenit Gorgias suorum cladi, qui procul in-
tuitus ardentia castra, ne tentato quidem præ-
lio, fugam capessit, tum Iudas leuis per otium
spoliis castrisque direptis, cum ingenti præda,
sed multo maiore gloria domum reuersus est.
Nec hostis toties vicitus postea diu quieuit,
quin exercitu multo validiore, quam antea ad
Bethsara consedit. Hic Iudas iterum diuina
magis, quam humana ope fretus, egregie ad-
uersus tatas Syrorum copias dimicauit. Quin-
que

que millia hostum hoc prælio cœsa sunt. Iesus dux bello infæliciter reparato, post eam cladem Antiochiam concessit. A cuius discelsu Iudas hostium metu liberatus cū socrorum manu Hierosolymam ingressus, primo Templo inuisit, vbi omnia deuastata horroris plena intuitus, non potuit lachrymis temperare. Parte itaque Copiarum ad Regium præsidium ex arce deiiciendū missa, ipse cū reliqua multitudine ad templi purgationem conuersus, exterritorum deorum focos & simulacra disiecit. Deoque Opt. Max. veterorum aram instaurauit, Candelabra reposuit, pristinum sacrorum ritum induxit. Atque ita templum triennio postquam fuerat prophanatum, ab hostium impietate vindicauit. Octo diebus sacrificatum. Sedulo, hostias laudatiuas sacrificantes quia reparatē religionis lumen ex insperato affulsiſſet. Vrbem muris mænibus & firmis munitionibus summa ope firmauit multaque interim prælia fæliciter cum finiti- mis gessit. Factus posthæc certior, quod Ammonita omnes in armis essent, bellumq; ab ea gente, Timohei ductu, reparatum, & ex Galilæa, Sidone, Tyro & Ptolemaide multos ad arma conciri, belli curas cum fratribus partitus est; Simonem cū tribus milibus in Galilæam misit ipse cum altero fratre Ionacha, in Ammonitas ruit. octo millia militum ad id bellū sibi delegit. Trium igiturdierum itinere trans-

Z

Ior.

DVODENARIUS VII.

154
 Iordanem pgressus, primo Bethsurā ex hosti-
 bus cepit, inde pari celeritate Timotheum ad-
 ortus, ad primum clamorem fudit fugauit-
 que, octo militibus in eius exercitu occi-
 sis. Ea victoria potitus complures Galatidicas
 vrbes in deditio[n]em recepit, alias vi captas
 euertit. Nec longo interiecto tempore, Ti-
 motheus, cum aliquanto maiore exercitu ca-
 stra ad Raphon trans Iordanem posuisset, pa-
 ri euentu à Iuda ibidem prælio vicitus est: vr-
 be simul expugnata, quo multi fuga se recepe-
 rant. Copias itaque Hierosolymam post tam
 præclaram victoriam reducturus, Iudeos qui
 in Galatide erant, nec prædæ fierent finitimi,
 cum liberis, & vxoribus omniq[ue] supellecili
 in Iudeam traduxit. Ephrone vrbe in redditu
 quia portas clausissent expugnata, cum in-
 genti gestarum rerum gloria Hierosolymis est
 reuersus. Audita deinde Antiochi morte
 Hierosolymam arcem maiore quā inquam
 antea oppugnatione adortus, aggere & bellicis
 machinis circa muros erectis, summa ope ho-
 stes vrgebat. Regii milites qui locum præsidio
 obtinebāt, ad Eupatorem Antiochū mittunt,
 vt suppetias contra Iudam ferret; qui centum
 millia peditum, & viginti equitum ad id bellū,
 vt testatur Iosephus, misit. Ad Bethsurā pri-
 mo castrametatus Eupator Antiochus, quem
 locum in hunc usum aliquot annos ante Iudas
 communuerat. Hanc extractis machinis Eu-
 patore

INCLYTORVM HEROVVM.

135

pator aliquoties concutiebat. At Bethsuriani
eruptione facta machinis illas igni succende-
runt. Interea Iudas soluta obßidione arcis,
castra Be. hzachariam contra regis castra lo-
cauit, & quanquam dispar erat vtr. nque appa-
ratus b. llicus, dispar etiam copiarum nume-
rus, quippe quod rex præter aciem virorum
lectissimorum instru&issimam haberet etiam
Elephantos aliquot immanes, qui per valles
hinc inde erant dispositi, quoru vnumquem-
q. e milleni stipabant pedit. s, hematis tho-
racibus loriciati, g. leasque capitibus g. stant. s
xreas & equites lecti quingeni, cu. que bel-
luæ at. tribu i. qui oportune vbi cunque bellua
erat, aderant, & quacunque incederet, comi-
taban ur vna, nec ab ea discedebant. Ligneæ
quoq; turre. & validæ imposi. z, singulas pro-
tegebant beluas, machinis quibusdā super il-
l'ga z, quarum in singulis viri erant triceni, bi-
ni pugnantes ex illis. Reliquis equitatus hinc
atq; illinc erat constitutus, qui ex vtraque par-
te agmen cieret in angustiis illis, & contineret.
Et quo. ies sol radios in clypeos auratos iace-
ret, resulgebant inde montes, & facium igni-
tarū instar splendebat. Iudas vero tame si quo-
ad apparatu ac numerum mili. u hosti minime
equa. us esset, nihil tamē timidor factus. qn
suos strenue cohortatus, diuino po. issimū fre-
tus auxilio, ac natura etiam loci quem tenebat
sub primū congressum aliquot cū suis ex regiis.

Z a

ob-

DVODENARIUS VII.

358

obtruncat, & aduersus Indicas belluas, quarum
viginti quinq; numero erant, dimicare mini-
me horruit. At vero post vbi montes & omnia
ab hoste teneri vidit; ausu temerario se suosq;
periculo immergere noluit: proinde se & suos
pugnæ subtrahens sine aliqua maiore clade,
retro ad tuendā vrbem abit. Cæterū Betshiuā
per ditionem ab hoste occupata , rex ad
Hierosolymam copias admouit , durauitque
plures dies obsidio, cum interim factus certi-
or Philippum , qui à patre datus erat ei tutor,
regni administrationē sibi moliri , Lysia im-
pulsu ad eum opprimendum animatum adie-
cit, ac obsidionem reliquit. Cæsus ille postea
per suos, cum biennium regnasset, Demetrius
regnum occupauit , qui statim Bachidem v-
num ex purpuratis cum magno exercitu Hie-
rosolymam misit. hic fautores Iudæorum ad
vnum pene omnes occidit, & multas copias ab
duxit. Huius discessu Iudas animosior factus
passim excursiones faciens lateq; per Iudæam
euagatus, immeritam suorum cladem ingen-
ti cæde est vltus cuius, rei fama ad Demetriam
delata , Nicanorem cum numeroso exercitu
ad Iudam & patrię legis cultores opprimendos
misit; Qui vt dolose cum Iudam ageret, pacis
studium præ se ferens, regia fide iureiurando
interposita componendæ pacis prætextu Iu-
dam ad colloquium traxit , quem dato militi-
bus signo frustra capere conatus est. Vbi irri-
tum

etum id consilium cessit, ut sua arma expediant,
dicit. Iudas & ipse celeri fuga agmen repetens,
hosti infensor factus prælum fortiter iniuit.
Pugnarum est ad vicum Capharsalama, ibique
Machabæus victus in proximam arcem com-
petitur. Iterum retecto milite cum hoste
congressas est. Nicanore cadente, ubi ita De-
metrianos afflixit, ut ex nouem millibus ho-
minum nein ferme superfuerit, atque cum
non nihil quieuerunt res eius gentis ab exter-
nis armis. Sacerdotium mortuo Ioachimo
summo Pontifice magno populi favore na-
ctus, Romam ad senatum legatos misit, ut cum
inquietissimo populo societatem & amicitiam
iungerent. Quo imperato paulo ferocior fa-
ctus, Demetrii exercitum Bachidis ductu Iu-
dæam ingressum, fortiter exceptit; Erantque
illi duo millia armatorum. His ille suaque
felicitate fretus ad Eleasam castra mouit.
Auditio deinceps hostium accessu, ceteris me-
tu dilabentibus, cum octingentis relicitus, nul-
lis suorum precibus flecti potuit, ut in tutum
locum se reciperet; sed contra, futurum (sa-
pius testatus) namq; , ut sol sua terga hostibus
obuersa aspiceret. Nec longior inde mora fuit,
vbi Demetrianos adesse vidit, & aciem à Bachi-
de explicari animaduertit, intrepide ex sua sta-
tione venientibus occurrit. pugna ad noctem.
vsq; extensa est, ibi Iudas Bachidem in dextro
cornu pugnam eientem conspicatus, cum le-

Z 3 diissima

Etissima suorum manu in eam partem imperium fecit, fuga ibi continuo facta est, persecutusq; est eos Iudas fugientes usque ad montem Azoti. Cæterum qui sinistrum cornu tenebat, dextrum cornu fusum esse videntes, se in vestigia Iude & sociorum eius circumagebant, ac confessim circumducta ala Machabæum qui circa illum pugna ciebant, à suis excludunt. Hic vndique hostibus septus, quū nulla in tanta hostium multitudine erupio fieri posset; Iudas in orbē dimicans diu multumq; in terra Demetrianorū cæde volutatus magis fatigatus q̄ victus, stationē ipse nō deserens, appetit forfissime; eius corpore cæteris ibi cadentibus vicit or hostes potius est; q̄ Simon & Ionatas fratres redempū ad Modinā villā, ubi pater situs fuerat, recidunt. Vir nulli veterum aut gloria aut felicitate inferior. Multo Iudæorum luctu sepelierunt, atque is exitus fuit Indæ fortissimi viri quem tres esset annos functus Sacerdotio.

DE IUDA.

EPIGRAMMA,

Iudas dux bellò defuncto patre creatus

Prudens & solers plurima bella gerens

Huius multa viri virtus clarissima facta est.

Leges defendit dum pius ille Dei

Congressus panticæ crebro certamine multis,

Hostibus iniustis redditus ille suis.

Sum-

Summa Sacerdotis natus fastigia Roma,

Auxilium peterent misit & Iuda suos.

Muneribus reges ornarunt sape ducesq;

Interiit mediis hostibus ante suos.

DE IONATHA MATHA-

thiē filio, inclyto heroc XII.

Onathas Mathatiē sumini sacerdotis filius,
 Inaru minimus, frater Iudæ Machabæi illu-
 strium certe Herou non infimus, Anno mun-
 di vixit 3806, fratri in multis similis. Illo mor-
 tuo, occulte Iudei patriarchum legum studios, &
 ab regiis militibus oppressi illum horrati sunt,
 vi fratris viri fortissima vestigia secutus reli-
 quā piorū multitudinē vti Dux atq; Princeps
 tutaretur. Etsi vero Iudæorū vires valde tunc
 essent diminutæ, tamen ne à patre suo fratreq;
 degenerare erederetur, ducis nomē tanto ad se
 consensu delatum interpide recepit. Cæterum
 Bachidis furorē cum cognosceret, quippe qui
 ad necem ipsum quærebatur. Cum duobus fra-
 tribus adhuc superstibibus & ea manu quam ex
 reliquiis contraxerat, circa Iordanem super la-
 cum Asphar loco munitissimo consedit, hinc
 fratre Iohannē ad Nabathæos amicos misit cū
 tota supellecili, vt si ab hoste quem nō multo
 post affuturū arbitrabatur castris fuisse exutus
 q; reliquum fortunarū esset, in tuto haberetur;
 sed ille in Nabatha, Arabū perfidia oppressus
 & res & comites uno tempore amisit. Cæterū hoc

damnum Ionathas vna cum fratre Simone, arrepta occasione egregie ac fortiter compensauit. Ducebant sponlam, ex Nabatha urbe filia cuiusdam primatis inter Chananaeos potentis, cum ingenti pompa, Amrii, qui iniuriæ sibi ab Arabibus illatae authores fuisse dicebantur. Vbi itaque Ionathas exploratum habuit, qua essent illi iter facturi locis inseffis, in Nabathæorum agmen nil tale suspicans impetum fecit, percussisque ad quadringentos ex his qui in Arabicō comitatū fuere, omnemque nuptialem apparatus diripuit, perseuerauit inde biduo in statione circa Iordanem, nec interim ab impiorum insectatione cessatum est. Hæc iniuria effecit ut Demetrius suorum querelis ad se delatis Bachidem cum exercitu rursus in Iudæam miserit. Is noctu ad Ionathæ stationem profectus, solestissimum haud fefellerit ducem; quippe qui explorato Bachidis accessu in locu munitissimum concesserat, ibi aliquandiu obsidione cinctus Simon fratre ad præsidium loci telicto ipse noctu per hostium stationes occulte dilapsus, paucis diebus ex finitimis, armatorū manu collecta, Bachidis castra tumultuose inuasit. Simon & ipse accepto signo, ex oppido cum prædiariorum manu erumpens, bellica opera eodem tempore incendit. Bachides ancipiit metu percussus cum cerneret & consilium & expeditionem frustraneam esse iram vertit in viros

ros illos nefarios, qui ei regionem inuadendi autores fuerant, ac multos eorum interfecit. Cum autem Ionathan intellectus est, eum de redendo in terram suam consilia agitare, legatos ad eum misit de pace cum eo componenda, qua captivi in uicem redderentur. Annuit ille, atque postulatis acquieuit, iurauitque se nullum ei malum creaturum omni tempore virae lucis, ac captiuos, quos a terra Iudaica antehac abduxerat, ei redidit. Ita sublato ex Israele bello, Ionathas Machinis confedit, libertasque populi salua manxit.

Cæterum vir quidam extremæ sortis subornatus ab aliis, ut Syriæ regnum occuparet, (quem etiam ut coniunctilia decesset, Alexandrum nominarunt) si ferociter Demetrio bellum intulit. Demetrius vero bellum haud aspernatus, ut Iudeam pacatiorem haberet: Hierosolymam misit, qui Ionatham abhortarentur, contracto cum eo fœdere, ut ex tota gente bellicas cohortes excitaret. Contigit ut summatotius rei, Demetrii fauore ad unum Ionatham velut principem gentis, sit ex insperato deuoluta. Alexander quoq; ad Ionatam scripsit, ut iniuriarum quas à Demetrio accepisset, memor à suis partibus esset vellet. Ad hæc sacerdotii misit insigne, purpuream Stolam, & cum ea auream coronam. Vbi id Demetrius audiuit, metu percussus ad Ionatham, & omnē Iudeorum gentem scripsit, pollicitus se præsi-

Z 5 fidium

fidium ex Hierosolymitana arte deductum
 permisit, utq; iam inde Iudeos suis legibus
 vivere, si non in officio permanerent. Ceterū
 extincto Demetrio, Apollonius quidam dux
 filii Demetrii à Creta redeuntis, magno exer-
 citu Iudeā ingressus multis Ionatham coitiis
 proscidit. His Apollonii sermonib. auditis, Io-
 nathas irritatus, cum decem millibus peditū,
 Ioppe maritima vrbe occupata, in Azori cāpos
 fortiter est hostem secutus, quo per spem fugae
 eū Apollonius traxerat ratus fore, vt Iudeos
 cāpestri loco adeptus, facile equitatū quo plu-
 rimū pollebat, suo posset supare. Nec Ionathā
 p̄terit hostiū consiliū. Itaq; Iordanem trans-
 gressus, vbi inter Azotum & Ioppen amnis in
 Syriam mare labitur, cum Apollonio cōfīxī;
 iussiq; sunt Iudei, qui prima acie dimicabāt, fa-
 cta testudine, sagittarū & telorū vim ex aduerso
 cadentium excipere atq; interim prælium dis-
 trahere, quoad hostē fessum telisq; exhaustum
 sensissent. Id causæ fuit, vt ad nocte ysq; sit cer-
 tamen protractū. Tum vero facta à Iudeis im-
 pressione in aduersam Syriorum aciem telia ex-
 haustū facile fundunt, & fugant. Ad Azotum
 vsq; victor Ionathas fugientes est insecutus,
 vrbeq; primo capta maior cedes quā in prælio
 facta. Octo millia hostium cæsa dicuntur, vrbs
 cum Dagonis templo succensa. Pari successu
 Ascalonitas subegit, & victor se Hierosolymā
 recepit. Alexander his auditis Ionathę propter
 victoriam in Apolloniū gratulatus est; quiq;
 ad

ad gratulandum missi fuerunt, attulerunt eis tor-
quem auream qualis cognatis Regum dari lo-
lebat, atque Acconis urbis, totiusq; regionis
urbi adiacentis administrationem, nomine re-
gis attribuerunt. Ionathas interea Hierosolymitanæ arcis recuperandæ, cupidus, eam ad-
huc munita erat regio præsidio, magna suo-
rum popularium manu eam oppugnare ag-
gressus. b. Illicis machinis hostem molestabat.
Cuius obsidionis fama Demetrius qui Ptole-
mei auxiliis regnum recuperavit, ex Antiochia
eum exercitu Ptolemaidem venit: Quo Iona-
thas accessitus, & obsequio & muneribus ad-
eo sibi regem conciliauit, ut ex iniiso & suspecto
sit illi amicus factus, & aliquo b. immunitatibus
donatus pristinam retinuit dignitatem. Sed postea
Ionathæ Demetrius plurimum aduersatus, quis
& misisset illi tria millia militum ad defecitionem
opprimendam tam minacissime tributum
exegit à Iudeis, coegissetq; ut dedissent, nisi a-
lius fuisset periculis circumuentus. Ceterum ex-
cellētissima quam quis gesserit, & vere heroica
facta Ionathas, a tamen doloso perit interitu.
Nā à Tryphone velut amicus & hospes cōpel-
latus ut dimitteret exercitū quē cū congregatū
habebat, Ptolemaidē venit vna cū pauculis co-
mitibus, ubi dolose vna cū duob. filiis interfec-
tus est, quorū ossa Simon Modinā trāstulit ad
sepulchrū patrium, ad quos septem tam excel-
las pyramides erexit, ut mari Syriaco nauigan-
tibus prospectū lōge præberet. Ceterum hic in-
opī,

opinatus Ionathæ casus non minorem attulit Iudeis mœrem, fortissimo Heroe sublatto. Breuitatis gratia finem facio, alias plura commodissime de hoc in Medium proferri possem.

DE IONATHA.

EPIGRAMMA,

Germanus Iude Ionathas virtute decorus.

Et pietate simul qua Machabæo erat,

Imperio ductor successu, bella novavit

Incepit frater qua suis ante necem.

Nec reges, populi ductores hunc potuerunt.

Numine defensum vincere marte vero,

Insidiu tacitus paucu cum milite captus

Iudei sterunt fata sinistra ducis.

DVO.



365

DVODENARIUS OCTAVVS.

SVMMORVM Sacerdotum

DE I. SACERDOTE SVMmo Melchisedecho.



ELCHISEDÉCHVS ultra
nomen régium iustitia etiam
& sacerdotio insignitus erat,
rex fuit Hiero olymæ quæ,
prius Salem dicta, & sacerdos
pariter summus. vixit tempore Abrahæ qui illi
decimas dedit ex omni sua substantia. Ty-
pum gessit Melchisedechus Christi inde passim
in sacra scriptura eius fit mentio. Bene pre-
tus est Abrahamo, ac pane & vino redeuntem
eum suis exceptit. Longæ uæ fuisse etatæ pro-
dunt historiæ sacraæ.

DE

DVO.

DE MELCHISEDECHO,
EPIGRAMMA.

*Melchisedechus erat summus rex, atq; Sacerdos,
Hic Christi gessi: sacra ferendo typum.*

DE AARONE SACERDO-
TE SUMMO II.

Aaron filius Amri, & Iosabethæ, Nephos Patriarchæ Leui, & frater Moysis ac Mariæ vatis, vir discretus, ut Numen eius eloquens iam & celebrauit, & coram Rege Pharaone ac inter Israelitas Moysi prætulerit ob facundiam. Vxorem habuit Elizabe: ham, filiam Aminadabi, sutorum Naazionis, ex qua suscepit quatuor filios Nadabum, Abihum, Eleazarum, & Ithamarum priores duo immatura perierunt morte, peregrinum ignem Deo offerentes, posteriores duo sancti sunt pontificati ut parens, cū annorum octoginta triū esset erat enim triura annoru: iunior Moysē quæ Dominus fratri iniunxerat, promptissime coram rege Pharaone, & popularibus suis expediuit, vnde electus est præ ceteris, per baculum virentem ut is cum sua posteritate sacra administraret, & quæ cultui diuino necessaria iudicarentur, protraheret, eius rei si quis exactiore cognitione desideret, consulat volumina q̄ satis abunde hæc describūt. Cæterū q̄ uis sedulus sacroru: cultor apud Deū fuerit attamē non raro Numen offendit. Nā Moysē quadraginta dies in monte cōmōrante, cū multitudo de dīs cōparādis anxiū eis statet, ipse iussit conflatile vitulum fundere, ac decre-

decreuit velut Deū colere, vbi Numē impro-
 priū sensit fuissetque eā ob causam extinctus à
 Deo, nisi fratre deprecante grauē euasisset in-
 teritū. Deinde cum sorore in Moysēm acriter,
 propter vxorē, inuestitus denuo ad irā, puocauit
 Deū in aliis q̄ summo sacerdoti non cōnenie-
 bant, satis integre viuebat sensit n. multas po-
 puli molestias, & sacrificiis intentissimus exti-
 tit, v̄t merito summorū sacerdos nūncupādus,
 sepe etenim ingētia pricula subire coactus est
 cū fratre, propter saeuentē multitudinē: occi-
 sis filiis Chōre, populus Moysēm, & Aaronē so-
 los tanti ansas fuisse mali asseruit, fecitq; in v-
 troq; frātres maximū impetū, sed Domini fu-
 rōre multos interficiente, cōpulsus est Aarō p-
 gredi ex tabernaculo fœderis thuribulo, hau-
 sto igne, placabile sacrificiū Domino propone-
 re, ne eā tantopere sequiret in multitudinē, peri-
 erāt n. circa quatuordecim millia hominū, &
 Septingentos. Sic anxius Aaron inter viuos &
 moriētes, officio sacerdotali fūgebatur. Sacer-
 dotiū ppetuū cū sua progenie obtinuit: & fa-
 tione arrogante & inimica prodigiose delata,
 & virga siue pīnea siue amygdalena sicca, florē-
 ducesq; emitiētē Dei testimonio cōfirmaba-
 tur: ornatu etiā pulchro, q̄ pulchrior in nullā
 neq; vsq; gente fuit, decoratus est. Terrā Cha-
 nançorū & ipse vedit è móte Hore, sed in itinere
 mortuus est, aliquoties. n. in deserto aduersus
 Dominū murmurauerat, & induitus Eleazarus
 filius eius vestib⁹, sacerdotalē dignitatē p̄ patre
 assūm-

368. M^Y D^ODENARI^S VIII.

assumpsit, luxitq; Aaronem vniuersa Iude-
orum turba triginta dies per omnes familias.
Tres ac viginti supra centum annos vixit.

DE AARONE.

EPIGRAMMA,

Ille Sacerdotum supremus in orbe Sacerdos,
Claruit eloquio consilioque potens
Imperio fratrem iuuit, divina peregit
Posteritasq; sacrum sola peregit opus.

DE ELEAZARO SVMMO
Sacerdote III.

E Leazarus tertius Aaronis filius ex uxore E-
lizabetha paterna obedientia humilis, &
sui ordinis decus ingens princeps principem
Leuitarum creatus, Dei cultum diligenter co-
gnitum à patre & patruo per omnem vitā in-
trepide defendit. Ac sane, nisi tantæ pruden-
tiæ & solertiæ fuisset, Moyses in patris locum
pontificem summum illum non subrogasset.
Moysen in gubernando & diiudicando popu-
lo plurimis iuuit & aliis negotiis arduis discer-
nendis non impigrum se præbuit. Mortuo
Moysen cum Iosua ad terram promissam deuin-
cendam profectus est, pari cura & diligentia
qua Moyses populum suo imperio moderatus
est

est defuncto Iosua , & ipse fatali necessitatē concessit , sepulitusque est in Gabaach custos doctrinæ cœlestis , & legis auitæ defensor , & doctor populi vigilansissimus . Flium insignis iustitiae Phineam post se reliquit ad pontificatum gubernandum .

DE ELEAZARO.

EPIGRAMMA,

*Successit patri prudens in pontificatu.
Et iustus Moysen iuuit in imperio.*

DE PHINEA SVMMO
Sacerdote IV.

Phineas filius Eleazari , Nepos Aaronis , parentis potitus pontificatu , in clyto prædictus iustitiæ zelo , iniustitiæque impatientissimus . Vnicum factum memorabo , quod viri pieratem maxime ludibilem apud omnes posteros reddidit . Quum Zambri , qui & Samarias , princeps Simeonitarum cū Madianitide puella in tabernaculo suo illicite congregere tur , idq; contumacissime ficeret , neque Moysis precibus aut populi lachrymis vicitus ; omnium vnius tantum flagitium ferre non potuit , sed stricto ferro , ad Zambrum ingressus ipsum truncauit , mox puellam quoque transfixit . Quod factum non solum populares & con-

Aa tribules ,

tribules (qui & ipsi factum eius imitati, ad hinc
minum quatuordecim millia in ferore illo
obtruncarunt, eos nempe, qui se libidinibus
peregrinis inquinauerant) sed & Numen i-
psum id factum probauit, ac insignem promis-
sionem annexuit, nimirum se fœderis sui pa-
cem illi largiturum, simulque posteritati eius
sacerdotium in sempiternū promisit, eo quod
zelo commotus auertisset iram Numinis à po-
pulo, quem dignis modis flagellabat, comperit
eius posteritas sane veram suisse promissio-
nem. Nam plurimi ex eius posteritate reperi-
untur, qui summo sunt functi sacerdotio.
Quin etiam missus Dux contra Midianitas,
terram eorum depopulatus est, agros incendit,
ac reges quinque superauit. Functus legatio-
ne ad tribus socias trans Iordanem, propter
extrectā in ripa aram maximam, recte fensit,
fortiter fecit, Deoq; gratias præclare egit. Vir
vtique malis timendus, bonis venerabilis. Fili-
um habuit Abisuem, qui ei in sacerdotio suc-
cessit.

DE PHINEA, EPIGRAMMA.

Defuncto obtinuit sapiens pater pontificatum,
Et iustus scelerum fauus & ultior erat.
Samariam & scortam veritis complexibus una.
Transfixit, sumens supplicium sceleris.
Vnde sacrum Numen magno decorauit honore,
Huius posteritas ut sacra cunctaferant.

DE

S Y M M O R V M S A C E R D O T V M . 371
DE HELIO SACERDOTE

summo V.

Helius filius Ozi sacerdotis, de stirpe Ithas-
maris, quarti Aaronis filii, in Silone habi-
tauit & officio sacerdotis simul atque Ducis
functus est. Cæterum alias fuit etiam Helius,
qui cognomine Maior dictus, hic Minor ap-
pellatus est, vir integer, & candidæ famæ, nisi
nimiū filii indulsisset, erant illi duo filii Ophus
& Phineas sacerdotes: Ambo viri effrænata li-
bidine, auaritiaq; inexplebili. Quippe qui nec
sacra matronarum adeuntium pudicitiam tu-
tam cuiquam fineret, néq; donariorum quic-
quam tam sanctum, quod sacrilegæ manus nō
prophanassent. Conuerterant oculos populi
in se duorum fratrum scelera. Sed patris autho-
ritas, & potestas obstabant, ab vilo admoneri,
propterea & ipse parens, vt se emédarent, hor-
tatus est, non tamen, vt vinculis legum coer-
rentur aut ab officio remouerentur, sustinuit.
Vnde per Samuelem fatidici spiritus adolescē-
tem oraculo monitus est, se q; tantorum sce-
lerum vindictam in filiis non lumeret, vno die
cum filiis occubiturum, idq; Helius verum
comperit. Nam cum Israelitæ ad Aphecum cō-
tra Philistæos dimicaret, ceciderūt ea acie circa
tria Hebræorum millia, cæteris trepidet erga
dantib. Cōsultum est, arcam fœderis er Siloue
in castra cū duobus filiis Helii deferendam,
quo factō pugnarunt iterum Israelitæ: victi

A a z sunt

Sunt ac tringinta millia Iudeorum ea acie interfecti, vna cum duobus flagitiosis Helii filiis. Tum Helius planctum mortuorum bello audiens, & suos occubuisse natos & arcam Domini ab hoste captam, ut vaticinium verum subsisteret, voluntate Numinis, Solio excusus mortem obiit. Quum octauum vitæ actionagesimum annum ageret, præfuisseque sedi sacerdotali annos circiter quadraginta. Sed & pœna impietatis ac inobedientiæ diu in familia Helii durauit. Nam Achitobus nepos partu immaturo editus; pronepos Achimelchus tracidatus temporibus Sauli: abnepos Abiathar à dignitate remotus fuit temporibus Solomonis: ac reliqui posteri ad ætatem grandem non peruererunt.

DE HELIO.

EPIGRAMMA,

Blanda patris segnes Helii indignatio gnatos
Fecit, ob id pœnas pertulit ille graues.

DE SAMVELE SACERDOTE SUMMO VI.

SAmuel filium Helchanæ & Annæ. Miratidunt sacri libri de huius conceptu & origine vixit anno mundi 2850. Impetrauit eum mater

ter sterilis à Dōmino , ac natum ei soli conse-
crauit, qui fatidico Spiritu illuminatus, maxi-
mae euasit authoritatis & coram Numine &
contribulibus suis. Adhuc iuuenis anno ni-
mirum etatis duodecimo , nominatim dormi-
ens diuina voce vocatus & admonitus fuit. De
latere sui Doctoris, non abiit, vitā seuere insti-
tuit, aquam potauit, & cibo omni delicato ab-
stinuit, & de more comam nutriuit Prophēta
primarius & fidelis, & Deo ita charus, vt ab eo
frustra nihil vñquam petierit , prædixit oracu-
lo Helii & filiorum fatalem necessitatem pro-
pter impunita scelera, atque eo mortuo ponti-
ficatum adeptus est; ubi & Sacerdotem & iudi-
cem inter Israeliticos egit. Propter vitæ inno-
centiam futurorumque diuinationem popu-
lum obsequentissimum habuit. Quod ani-
maduertens, pio proposito in concionem vo-
cato , omnes hortatus est placidissime, vt soli
Deo, Baalo aliisque sanctilibus diis relictis, in-
seruirent: ac mouit multitudinē propter cre-
ditam Sanctitatem, vt promitterent Numinis
venerationem. Liberauit etiam eos intercessi-
one sua ex manu Philistinorū aperta Dei pro-
udentia, atque ciuitates fecit reddi Hebræis
quas occuparant bello Philistæi. Fecit omni-
bus potestatem sua cuique ciuitate, vel in pe-
culiari toro, de quib[us] controuersia esset, in-
uicem disceptādi. Quod si qua essent, quæ per
alios componi nō possent, ea differebātur usq[ue];

Aa 3 ad

ad tempus constitutum, quo ipse quorannis per totius gentis conuentus semel iudicabat. Est iudicandi ratio quam diu per etatem licuit ab illo seruata est inde senio confessus, Ioheli primogenito & Abiae filiis id munus in iunxit, ut alter apud Betholem alter Bersabeae iudicariam exerceret potestatem. Sed hi diversam a patre viam ingressi, non solum iudicia, pro stituebant, sed ut lubitum erat, pro animalibidine iudicabant. Ea districtus iniuria populus iuuenes tuncite criminari, ne patris aures offenderet, viri summa pietate & innocencia cœpit.. Proinde de rege eligendo consilia ineunt, quamobrem etiam principes populi Rama tham urbem ubi tum Propheta Samuel erat alegend qui rem proponant.

Quibus auditis miratus importunitate, & & subitam regis memoriam; verum ne quid preter etatem committeret, consuluit Numen. Respondit, non aliter posse obduratae multidine succurriri nisi creato rege: attamen ut sci rent quantum iugum & onus Regis imperium requireret, exponere id ordine iussit. Sed populus exacerbatus nequaquam commotus est, conuocata igitur multitudine, Sauli Cissi filium Beniamitam, qui a patre ad asinos, qui forte a grege aberrarant, perquirendos missus, ad ipsum senem diuinationis fama diuerterent, primum Israelitarum regem iunxit, cui et iam, cum mandatis diuinis non obsequeretur, iram

iram Dei denunciauit liberrime , atque acer-
rime obiurgauit : regem Amalechiticum , cui
Saulus pepercerat , fortissime interfecit . In-
de Dauidem regem inunxit , ac propter re-
iectum Saulum diu multumque luxit . Cæde sa-
cerdotum & Dauidis exilio magnopere do-
luit , & viuere priuatus maluit , quam assentiri
regi hypocritæ . Anullo vñquam homine vñ-
dus cupiditatis aut iniuria conuictus est . Mu-
to senio confectus ex humanis migravit sepe-
lieruntq; eū sui in domo Ramathia vñuersus
Israel congregatus planxit eius in ieritum . Ab
hoc Petrus Apostolus Prophetarum ducit in-
itium .

DE SAMVELE.

EPIGRAMMA,

Sacrorum amistes Samuel, indexq; benignus.

Effrenis populi, scommata multa tulit.

Restituit raptas urbes, villasque domosq;

Philisteis abstulerant quas mala Marte cohors.

Et populo regem de legit Numine iussus,

Saulem, quem iuuit sedatus imperio.

Sed Domini iussum spernentem regnare reliquit,

Solus defleuit fata sinistra viri.

DE ABIMELECHO SACER- dote summo VII.

Abimelechns filius Achitobi , Phineæ Sa-
cerdotis filii, pronepos Helii fuit, summa
Aa 4 iusti-

iustitia, & pietate præditus. Nobeæ cum mul-
tis habitavit sacerdotibus tempore Saulis pri-
mi regis Iudæorum, vir integer & hospitalis.
Cum enim David exulans, ipso tamen inscio,
pedes ad eum veniret, vi^trumque sibi & comi-
tibus impertiri peteret, ipse minime negauit
licet nihil propter panes sanctos ad manum
haberet, & Goliathi occisi cum nullus alius
tum in promptu esset, ensem dedit. Quæ res
pernicioſiſſima fuit ei & collegis, Dogus e-
nī n Syrus qui mulos regios agebat, inter pre-
cipuos pastores primus, cum hæc vidisset, quæ
ficerat Dauidi profugo, detulit quam primum
ad regem. Tum Rex furere, mulaque Abime-
lecho minari grauiter perfidiæque insimula-
re. Excusauit factum qua potuit Abimelechus
industria, inscientem enim se peccasse testa-
tus, proinde veniam erroris atque delicti se
suppliciter petere. Verum excusationi eius &
& precibus locus ignoscendi non fuit. Imo ad
supplicium recta raptus fuit. Cæterum non
in eum duntaxit est saeuium, sed trecē i cum
eo per Dogum suppicio affecti sunt. Nohaa
ad hæc vrbs Sacerdotum pari saeuia exusta
est. Inprimis vero quinque & octoginta Sa-
cerdotes & diuinationum illustres viri, cum
Abimelecho ad supplicium pertracti sunt. Hic
finis pii huius Sacerdotis extitit.

DE

DE ABIMELECHO.

EPIGRAMMA,

ABIMELECHVS homo iustus summus, Sa-
cerdos.

Saul: no iussu qui ingulatus obit.

DE ABIATHARO SVM-
mo sacerdote VIII.

A Biatharus summus Sacerdos, patre Abimelecho ad supplicium tracto in locum eius à Davide suffectus est, apud quem fidelissime sacra ministrauit, omnium periculorum particeps fuit. In coniuratione Absoloni, cù Sadocho collega Arcam fœderis ut comitaretur, eduxerat, sed ab ea prohibitus est. Cæterum quanquam visus fuerit parasytus Absoloni ac proinde electioni Davidis consentire, minime tamen consensit, sed potius coniurationem simulauit, ut Regi filii secreta facilius deferret. Propter talē fidem & optimi patris eius memoriam, summi sacerdotii dignitatem David ei tribuerat. Sed oblitus meritorum, ad partes Adoniz cum Iobo defecit; qua de causa à Salomone in agrum Anathontensem relegatus vitam priuatus finiuit. Nonq; sacerdotii à posteritate Ithamaris, in qua ab Heli, vsq; ad hunc eius abnepotem, annos

Aa 3 cir-

circiter octoginta durauerat, rursus in familiam Eleazaris translatus fuit.

DE ABIATHARO.

EPIGRAMMA,

*Dauidis partes sub seditione secutus
Quem natus mouit per fera bella patri.*

DE SADOC HO SVMMO
Pontifice, IX.

SAdochus filius Achitobi, de stirpe Eleazaris, filii Aarons procreatus collega fuit Abiathari. Similiter Dauidis tempore sacrissimis seruuit & fideliter illum coluit. Nam in coniuratione filii secutus cum arca Dauidem, ne quaquam ab eo discedere voluit, donec excluderetur. Tum reuersus, Absoloniis partibus astitit, potius Arcana explorandi gratia quam consentiendo ad coniurationem. Cum Abiatharus declinasset ad Adoniam regem designandum à partibus stetit Salomonis, qui reiecto Abiathare illi summum dedit sacerdotium. Vnxit is cù Propheta Nathane Salomonē regē cui gratissimus fuit. Filiū habuit Athimaā, qui cum Ionata filio Abiathari magna beneficia Dauidi in coniuracione Absolonica tribuit. Pietate videtur haud vulgari claruisse, vnde & eius pontificatus robur adeptus.

DE

SVMMORVM SACERDOTVM. 370
DE SADOCHO.

EPIGRAMMA,

*Sadochus fidi mansit, partesq; sacerdos
Danidis fonsit Religionis amans.*

DE AZARIA SVMMO
Pontifice X.

A Zarias sacerdos maximi animi, & legis an²
tique defensor acris, regem Oziam ado-
lere incensum prohibet, & egredi è loco sacro
iubet: cui assensi sunt octoginta alii sacerdo-
tes. Rex opinione praua, & contumacia sacri-
lega neq; Azariæ comminationes, neque alio-
rum sacerdotum monita curat: sed quod in-
stituerat, agere pertendens, supplicia & mor-
tem minitatur obstantibus. Dum manu suffi-
mentum adhuc teneret, lepra frontem & fa-
ciem eius turpem in modum occupat, quique
omnia repleuerat minis & conuiiis, exire cum
dedecore & pudore è templo compellitur.

DE AZARIA.

EPIGRAMMA,

*Sacra sacerdos tractent, regalia Reges
Nam πολυπραγμούν τόμοια pauca ferunt.
Vates id incautum docuit regem aigue superbūm
Sed frustra. Pœnas is luit ergo graui.*

DE

DE IOIADA SVMMO
Pontifice XI.

Ioias Summorum Pontificum unus, qui
vera illuxit in Deum pietate, & iustitia. Ba-
rachias etiam propter merita in regem & po-
pulum dictus fuit. Vxorem habuit Iosabethā
Ochoziæ regis sororem. Cæterum socrus sua
Athalia in stirpem Dauidis regiam desauien-
te, Ioam è manibus eius viuentis clam eripuit,
& per septem annos in templo Domini ab-
scondidit. Dum igitur apud se regius puer ale-
retur, ne Dauidica posteritas extingueretur,
paucissimis centurionum fide accepta manife-
stauit, se in animo habere puero huic regnum
addicere, multisque pollicitationibus centu-
riones onerati, dum præsentem odissent sta-
tum Athaliciæ in imperio, omnem promiserūt
operam. Affuerunt igitur paucis diebus tri-
buum principes, & Leuitarum plurimi, qui
bus in templo comparentibus, præsente etiam
populo, Ioam primo in conspectum produxit,
simulq; edocuit, quis esset quem oculis cer-
nerent, quoque casu seruatus, quanta præterea
cura apud se domi enutrit? Subiit statim pue-
ro inspecto omnium animos Dauidis & alio-
rum ab eo regum memoria, vnde à Pontifice
diadema insignitus statim cōgratulatio ma-
gna cum lætitia subsecuta est. Athaliam no-
nitate percussam & in templū cum suis irruen-
tem,

tem , eiici iussit , quæ pauida & minabunda
 fugiens , in foribus regiæ trucidata fuit . Et quia
 populus congregatus erat in concionem vo-
 cauit , exponens Dauidicæ stirpis sanctitatem
 promisumque esse dicunt oraculo nepotibus
 eius regnum , Sacramento etiā multitudinem
 deuinxit , ne quemquam alienum viuo puerο
 in vrbe regnare pateretur , nec ab illo eum vio-
 lari : Sed pro vnius salute omnes labores & pe-
 ricula subirent . Adiecit deinde , ne vllas leges ,
 præter quas Moyses tulisset , obseruarent . Ita il-
 le cum populo & iutene re ge egit . Inde Baal
 Phanum , quod Ioras Athaliæ suasu erigi passus
 fuerat à summo ad imum dirui curauit , Mat-
 thanem quoq; summum Sacerdotem ad ba-
 sim statuæ obtruncarunt . Mansit autem Ioas
 in eius tutela vsq; ad pubertatis annos , vbi per
 ætatem imperium accepit , à pientissimo ope-
 re administrationem auspicatus est , Ioiadam
 hortatus ut Magnifico apparatu templum So-
 lomonis , quod per Maiores dirutum fuerat ,
 repararet : id quod etiam Ioiadas summa dili-
 gentia executus est , qui insuper arculam iuxta
 aram posuit ad dextram , vbi ingressus erat in
 templum Domini , quæ arcula in summitate
 operculi erat perforata , ut prætereuntes si quā
 volent , immittere possent pecuniam , quā de-
 inceps partim operariis , partim vasis , & instru-
 mentis conficiendis erogabat . Cæterum æuo
 consumptus , ex humanis decepsit , qui ex Israe-
 litis

litis unus post Moysem centum & triginta vixit annos sepultusque est Hierosolymis consensu publico cum regibus, eo quod fecisset bene Hebreis, & regibus Iudea. Filium habuit Zacharia, qui sacerdotium a morte eius nactus est. Ceterum eo viuente, & Ecclesia & respublica floruit, sed cum ei viuis excessisset, aulicorum Ioseph indulgentia & obsequium effecit, ut rex adolescens corruptus & idololatra & tyrannus fieret.

DE I O I A D A. EPIGRAMMA.

*Nutrit infantem regem suasitque tueri.
Principibus populi, vir pia sacra ferens.
Post quam triginta centum vixisset & annos
In regum tumulis conditus ipse fuit.*

DE ZACHARIA SVMMO sacerdote XII.

Zacharias filius Ioiadæ pietate & virtutibus patre non inferior pontificatum a patris morte gubernauit. Et tempore Ioseph vixit, qui post mortem Ioiadæ quasi freno & vinculis solutus in ea via erupit, quae ad id tempus male dissimilaret ut alienas Sacrorum ceremonias cum principibus ciuitatis amplectereatur institutodivino penitus contrarias, unde a Zacharia admonitus, ne tantam impietatem moliretur, id scelus neque regi, neque reliquæ multitudini fore impunitum afferens. Id cum rex cum superstitionis suis aulicis & parasitis ferret indignissime, sacerdos-tisq;

tisq; imperium non putaret tolerandū, in vestibulo templi, rege conniuente lapidibus fuit obrutus, ac inhumatus relicitus; quia sane in rex paternorū beneficiorū, à quo etiam cum summo vitæ periculo è manibus Athaliae erexitus clam in templo nutritus atq; educatus fuerat, parum memor extitit. Cæterum cum moreretur, Zacharias, suam innocentia dixit haud inultam fore. Nec se felliit vaticiniū, nam Regi breui vltio adfuit quippe qui per suos insidiosē interfactus est, ceteriq; qui in ipsius necem cōsenserant, mala & violenta morte perierunt vniuersi, idq; spatio anni nondū exacto. Sic iustissimus vir Zacharias malum & triste suæ monitionis à rege accepit. Hūc, vt id obiter dicam, apud Matthæum, cum Abele iungit Christus. Primus enim Martyr, de quo sacræ veteres literæ loquuntur, Abel est: & de quo eadem expresse testantur, postremus est Zacharias. Alii post ipsum licet occisi multi tamen nullius sit mentio, nisi Vrix, sed quasi in transitu.

DE ZACHARIA.

EPIGRAMMA. III.

*Virpius & sanctus regis cum criminis forte
Carpisset, quod non numina sancta colat.
Vestibulo in templi casus benefacta parentis.
Nil iunere virum, nec pietatis amor.*

DVO



DVODENARIUS NONVS,

DE DVODECIM SAPI-
enibus.

DE IONADABO SA-
piente. I.

IONADABVS filius Semma
fratris Davidis, vir magna prae-
dētia conspicuus, Regius consiliarius.
Verum sapientia sua non
admodum prudenter v̄sus est.
Ammoni enim primogenito regis consilium
dedit callidissimū, quo pacto sorore Thamar,
in cuius amorem inciderat, potiretur. Nam
iussit si mulare ægritudinē, ad quam leuandam
postulet à rege, demandare velit is sorori Tha-
mar, ipsa vt esculenta coquat eiq; præbeat, tum
enim sperare se melius secum habi urum, pos-
seque ipsum hac ratione sororis Thamar con-
cubitu facile potiri. Sic ergo solitudinem is
nactus

nactus quæ libidini vacabat, eam superauit
consilii suasor Ionadab vir prudentissimus fu-
isse dicitur.

DE IONADABO.

EPIGRAMMA,

Sat prudens Ionadabus erat rerumque peritus,
Consilia Hammoni vah maleuada dedit.

DE CHVSIO ARACHITE

Sapiente. II.

Chusius Arachites Regius consiliarius pru-
dentia & pietate haud vulgari praeditus.
Daudi filium fugienti occurrit, futurus exilii
& periculum, & spei etiam melioris particeps;
cum se non temporis, sed regis amicū profite-
retur. Rex ipsum humani ei allocutus, suadet,
in urbem ut redeat. Ac simulata defectione,
quæ ibi agantur caute obseruet, eique singu-
la renunciet, in primis vero periuri Ahitophe-
lis perniciossima consilia retardet. Absolon
vbi tantæ prudentiæ virum reperiisset Hiero-
solymis, statim secretioribus consiliis admou-
uit. Cæterum cum Ahitophel Daudem illa
ipse nocte insequendum & fessum de itinere
optimendum censeret: Chusius rogatus ut
& ipse suam diceret sententiam diversum sua-

Bb fit,

fit, (quia enim magnum putabat Dauidi periculum imminere, si priusquam suas alicubi copias firmasset, inopinato hostium accessu fuisset præuentus) nimirum cum maior in Dauid rei militaris sit peritia, quæ ut tam paucis superari possit; proinde sibi consultum videri, ut ex toto regno potius inuictus armetur exercitus, quem ipse rex Absolon in callidum hostem emitteret, ubi cuncti eum deprehendisset, valle clauderet, atque ita multis difficultibus circumfessum aut deditum caperet, aut fame & siti confectum ad mortem compelleret. Probauit Absolon id consilium, & Chusium prætulit Achitopheli. Interea Dauid per Sadochum, & Abiatharum sacerdotes, quos Chusius subiit ad Dauidem alegabat, admonitus, est filii elapsus, & noctis unius interie eto spatio omnia quæ ad id bellum oportuna aut necessaria videbantur, disposuit. Ceterum conserto deinceps prælio, Absolonem in prælio sublatum cum ceteri ad regem deferre dubitarent, ipse confidenter cædem eius regi obnunciauit.

DE CHVSIO.

EPIGRAMMA,

*Chusius hic prudens regis consutor in aula,
Dauidis partes egit in imperio.*

Dif.

*Dissimulans natire explorauit & omne
Consilium regi detulit inde suo.*

DE IOSAPHATO SAPI- ente. III.

Iosaphatus filius Achihudi sapientissimus fuit, Daudi à commentariis: plurimū vsus est eo rex in secretis & arduis causis diffinendis. Sicque apud eum vixit, ut non modo Daudi, verum & Solomoni fuerit à commentariis & notauit quę digna memoratu reges ambo iudicarunt. Vnde non sine causa sapientibus accensetur.

DE IOSAPHATO.

EPIGRAMMA.

*Danidis canas perplexas ordine scripsit
Iosaphat & solers omnia scripta notans.*

DE IADIHELE, SAPI- ente. IV.

Iadihel filius Achamoni, & prudens & literatissimus fuit. Cuius opera Dauid non solum in consiliis vsus, verum & filios erudientes tradidit. Quare non intermitti potuit à me, quin sapientibus illum viris annumerem.

Bb 2 DE

DE IADIHELE.

EPIGRAMMA,

Instituit regis natos, sapientia magna

Huic fuit, & prudens, ingeniusq; vigens.

DE ZACHARIA SAPI-
ente V.

ET hunc, qui filius Selemiae, & Sacerdos
fuit, Sacra volumina testantur pruden-
tem & eruditissimum fuisse. Portam templi
Domini, versus plagam septentrionalem, ipse
custodivit, vnde iuste inter sapientes refe-
retur.

DE ZACHARIA.

EPIGRAMMA.

Zacharias candore nitens prudensq; sacerdos
Templie eius custos fidus & ille fuit.

DE IOIADA SAPI-
ente VI.

AChitophelus postquam laqueo vitam fi-
niuit successit illi Ioiadas filius Banaiae, sa-
pientia & solertia Achitophenon inferior. Vi-
xit & is temporibus Dauidis, qui & consiliis
eius usus est.

DE

ILLVSTRIVM SARENTVM.

329

DE IOIADA.

EPIGRAMMA.

Successit Ioiadas, laqueo Achitophele perempto
Consilio promptus iudicioq; valens.

DE ZOROBABELO SA-

piente VII.

Zorobabel filius Salathielis, regis Iechor-
niae nepos, Babylonie natus, dictus alio
nomine Berechias, primus Dux post exilium
Babylonicum. Dimissus à Cyro, templi à funda-
mentis instaurandi accepit potestatem, est
que opus difficilimum aggressus, non minore
sapientia quam animositate, sua quoque mu-
nera quæ à rege munifico acceperat, structuræ
liberaliter impendit. Ad loci sacri erec-
tionem, cum gentes vicine se admitti flagitarent,
eas in societatem noluit accipere, suique eis
facti rationem reddidit. Ea de causa accu-
santes ipsum in aula Persica, mandatum Cyri
iussibus contrariū ab impio & scelerato Cam-
byse impetrarunt: hictamen nihilominus in-
stitutum suum vrsit, Deoque ipsius conatus
iuuante, egit fortiter & prudenter. Inde ad
Darium in Assyriam profectus, ingēs pruden-
tiae specimen edidit. Rex venientem inter si-
dissimos cubiculi ministros habuit. Accidit

Bb 3 inter

interim, vt omnes subditarum gentium præfectos, regio Darius conuiuo exciperet. Vingt sept prouinciarum magistratus vni cœnæ adhuc hitos scribit Iosephus (sacri vero libri rem narrant aliter.) In frequenti autem accubitu, tres inuenes satellites, corporis regii, è quibus erat hic Zorobabel, quæstionem mouerunt, quid potentissimum habeatur: Vinum, Rex, Mulier, an Veritas. Hic quisque suas iussi sunt dicere sententias, primus vinum omnium, sibi potentissimum videri asseruit, quod vertat fallatque omnium mentes, reges infantes effingat, seruos iuxta ac liberos auditiores reddat humiles æque potentibus, animorum rapiat habitus, ærum nis coopertos leuet; vt nemo meminerit, ullius molestiæ aut æris alieni, siquidem diuitiis implet animos omnium, vt nemo rationem habeat aut regis, aut præfeti. Sed illud mirabilius, mortem quam omnes reformidant, qui vino incaluit, negligit.

Secundus dixit, putare nil esse in terris, potestate ac vi regia maius, cuius imperio nobilissimum animal homo pareat, qui populos & ignotas gentes armis subigat, nec quicquam esse in terris sanctius, potentius, immobilius, rege; hæc vna potestas alieno quum velit pericolo bella transigit, montes diravit, valles æquat, maria quo luber inducit, inducta expellit, flumina cursu detorquet, solo ad æquat tur-

yes,

tes, & mœnia, victum perdit, seruat, perituros, mortem & vitam hominum in vnius potestate sitam esse, & quum voluptatibus, cunctis delitiisque perfruantur reges ut tutius dormiant, firmo custodiūtur præsidio. Quod quum ita sit, nil dicendum in terris regio fastigio maius esse, aut beatius,

Hos pro vino & Reges sic locutos, Zorabæ helus his verbis exceptit, fassus magnam vim esse vini, sed regis maiores; Verum si quis rete singula metiretur, mulieris longe maximam, quippe reges ipsos, quibus cæteri subiecti mortales, pariunt & educant. Mulier ipsum vini repertorem ædidit, & vt sileā, prima vitæ alimenta exhibuit: Nonne illius immensa vis est, quod cum omnib. cæteris inuiti seruiamus, huic vni placet seruire, aurum & diuitias huic quærimus hæc leges dat viris, præscribit, iubet, vetat, in hanc vnam virorum oculi, & mentis aspectus defiguntur, huic yni ultro omnia damus, ultro indulgemus, parentes & cæteras necessitudines ob hanc vnam relinquimus. An fando auditum est nunquam, summos reges & Heroas puellari forma captos illis seruiuisse, legesq; his à virginibus dataq;, flagra intentata. Atque ut quod res est dicam. Nonne rex potestate sua magnus est nonne omnes terræ reformidant eum. Atqui spectabam hunc ipsum & Apamem Bartari illius admirandi filiam, pellicena regiam, alapas Regi

Bb 4 in-

incutere, Diadema illius capiti ademptum sibi imponere. Contra regem ipsum mōrōre angī, suppliciterq; iratā satisfaciente, quod si arriserit ei, ridet: sin indignata fuerit, blanditur eidem ut sibi reconciliet. Hæc de muliebri vi verissime locutus, cōuersis in se omnibus; pro vero pauca hæc subiecit: Habent hæc se ita, vt dixi rex potentissime. Cæterum si vero comparentur friuola sunt hæc quidem & mutila. Enim uero terra maxima est, cœlum immensum, suntque Dei maximi hæc opera, is autem verus & iustus imo ipsa veritas immortalis & æterna, huius nutu potestateq; omnia reguntur.

Quod æquum, quodque pium, respicit, impietatem ōlit, & scelera. rependit ut quisquis meritus est, vel præmia vel supplicia. Laudata ab omnibus Zorobabelis prudentia, sed à rege maxime, ille aurum neque argentum sed, templi, inquit, restitutionem ab te Deo promissam, & yasa quæ Cyrus reddere destinarat, peto. Annuit Darius satrapisque, & toparchis scripsit ut eum deducerent, & ad Syriae præsides mandata dedit, vt Iudæos qui ex Babylon in palæstinam reuersi fuerant liberos esse permitterent. Zorobabel à rege dimissus Babylonem venit & templi ædificationem acuratissime iuuit.

DE

DE ZOROBABELE

EPIGRAMMA.

*Differuit prudens iuuenis, fortissima rerum
Qua sint natura, Rege petentie suo.*

*Non vinum dixit, Regem nec magni potentem,
Imbelli est animal quod muliebre genus.*

DE MAMVCHA SAPI-
ente VIII.

MAmuchas inter septem duces, & pruden-
tes qui Assuero regi à consiliis erant, nō
infimus: Hic suasit regi, ut Vasthim reginam,
quod iussum aspernata, priuaret cōiugali tha-
lamo, ac regia dignitate vt documento esset o-
mnibus vxoribus Persiæ, & Iudæorum, mari-
tis rem esse gerendum. Consilium illud maxi-
mopere placuit Regi, & sanum fuit, ac feliciter
cessit: Duxit enim postea Hesterem probissi-
mam virginem. Vnde propter in signe & can-
didum huius prudentis viri consilium, albo sa-
pientum inseri commeruit.

DE MAMVCHA.

EPIGRAMMA.

*Vxorem regi suasis non ferre rebellem,
Qua præstanda sibi regia iuſtanegat.*

Bb 5 DE

DE DANIELE SAPIENTE & propheta. IX.

In genii altitudine, & prudentia Daniel est tribulata clarissimus fuit; captiuus ductus est, in Iudea, in Babylonem Anno m^{er}andi 3375. Somniorum interpres apud regem gnarus, & peritus, vnde aulæ primatum præcipuus eus fuit. cui etiam rex diuinos honores decernere statuit, propter incredibilem sapientiam, virtutum omnium admirationem. Docuit reges multos, Nebucadnezarem, Merodachum, Balsaarem: item Darium & Cyrum, à quibus etiam omnibus est & præmiis & honoribus affectus. Iussus interfici cum Magis cæteris, & se & suos liberavit. Coniectus in leonum foueam, passus & seruatus fuit ab angelo quo miraculo regem stupefactum atque attonitum Daniel pro sua prudentia atque pietate ad verum Dei cultu perduxit. Nebucadnezari monstrosum exilium, alteri eius filio interitum predixit: de imperiis regnisque ad finem usque mundi, ex habitu positæ statuæ, & ex imaginibus bestiarum quatuor prædixit: de Messia venturo passuroque est numero hebdomedarum, tum de Antichristo scripsit evidenter. serpentem Babylonicum, qui pro Numine colebatur, obiecta offa necauit: sacerdotum fraudes, qui regem deceperant, consilio sanguagri detegit. Nulla calumnia adactus, nullo pe-

ILLVSTRIVM SAPIENTVM. 35

lo periculo territus, vt suum Deo æterno cul-
tum detraheret. Susannam quoq; in maximis
constitutam periculis coram duobus seniori-
bus, vt lapidibus propter adulterium falso ob-
iectum obrueretur ipse puerulus conuocata
concione liberavit, duos postea veteranos qui
illam adulterii falso accusarant loco piæ fœmi-
nae laudibus obrui iussit. Exemplum certe o-
mnium sapientum & eruditorum fuit Daniel,
vt ha id abs re catalogo virorum prudentum
vel m. xime inferendus sit. Cæterum præter
hæc, in tanta æstimatione vixit, vt nullus clari-
or aut potentior in populo Iudaico vnquam
fuerit: tanta in opibus immensis integritate,
vt nullius vnquam ne suspicio quidem crimi-
nis in eum inciderit: à tot & tam potentibus
aduersariis petitus, vt mirum fit, vnum fuisse
hominem satis ad iniuriam: sed apertam Dei
defensionem sensit, vsque ad annum exiliis
sui sextum & septuagesimum, semper factus
seipso clarior. Sepulchrum eius Babylone in
angiporto multis seculis notum fuisse non;
nulli tradunt.

DE DANIELE.

EPIGRAMMA.

*Regius est factus presa & magnus in aula
Symphradmon, multum consiliq; dedit.*

Dinus

326 D^oVODENARIUS IX.

Dinino explicuit decoratus flamine queque
Somnia coniiciens signa futura simul.
Falso accusantes bilingui voce Susannam.
Conuicit senes dexteritate sua.

DE ANANIA SAPI-

ente X.

ANanias & is ex tribu Iuda cum Daniele
ductus in captiuitatem. Binominus fuit,
Sidrachus & Ananias dictus, mira prudentia
celeberrimus extitit, ynde hunc inter regios
pueros nutriti in aula mandatū est, Clibanum
quoque ardenter, cum nō adorasset statuam,
iniectus, integer atque illæsus ab igne evasit,
factus est à Nabuchodonosore præfectus ope-
rarum quæ in Babylonicis prouinciis admini-
strabantur.

DE ANANIA.

EPIGRAMMA.

Iges iniectus constanter Numen adorans
Evasit. Prasul regius inde suit.

DE MISAELE SA-
piente XI.

EThic Danielis familiaris, & præ cæteris
Nabuchodonosori charus, regalib. epu-
lis

Iis nutritus est, dictus & Misachus, simili prudencia & solertia claruit, qua & Ananias, Daniel tamen inferior fuit; Verum quod ad ciuilem sapientiam attinebat, plurimum excellebat. Praefectum egit regis iussu, operarum in Babylonicis prouinciis, ut Ananias & Daniel.

DE MISAELE.

EPIGRAMMA.

*Consilii functus magnos est natus honores.
Munere, cum prudens, & pius esset homo.*

DE AZARIA SAPI-
ente. XI.

A Zarias qui & Abdenago à rege dictus fuit, iisdem periculis, & calamitatibus quam Daniel perpessus, obiectus, regi, antequā adorare nolle idolum, charissimus extitit. Ex tribu Iudeæ fuit ductus in captiuitatem Babilonicam; ibi operarum praefectus in prouinciis Babylonicis creatus est à rege, cū ob prudentiam, tum ob pietatem singularem, qua clarebat.

DE AZARIA.

EPIGRAMMA.

*Ut primi claro functi sunt munere regis,
Sic quoq; praefectus regius illi fuit.*

DVO-



DVODENARIUS DECIMVS,

*DE PRAECLARIS ARTI-
ficiis.*

*DE TVBALE ARTI-
fice præclaro. I.*

TVBALE filius Lamechi, ex uxore Ada, fuit Artifex cithararum, & organorum, musica instrumen-
ta primus excogitauit & modu-
latus est.

DE TVBALE.

EPIGRAMMA.

*Lamechi natus plectrum cytharasq; sonoras
Inuenit primus concinuitq; Chely.*

*DE TVBAICAINE PRÆ-
claro artifice. II.*

Hic illustris fama fuit arte æraria, nam mal-
leatorem, & fabrum egit, quā artem pri-
mus

PRÆCLARORVM ARTIFICVM 399
mus ille inuenit. Filius fuit similiter Lamechi,
sed ex vxore Zilla.

DE TVBAICAINE.

EPIGRAMMA.

*Artificis fultis late scelerrima faine
Huius, qui reperit cudit ut era faber.*

DE ANA, PRÆCLARO artifice. III.

ANas ex genere Esau primogeniti Isach^l
insignis artifex: primus docuit, qui arti-
ficiose calidis aquis mortales vtantur, quas in
solitudine cum pasceret Asinas Zibeonis pri-
mus inuenit. Habuit filiam Disan, filiam Oabi-
bamam.

DE ANA.

EPIGRAMMA.

*Inuenit primus pascendo patris A sellos
Vsus sit calida quis modo vernus aqua.*

DE IAHELE, PRÆCLA- ro artifice. IV.

IAhel filius Lamechi ex uxore Ada, excellens
Artifex, quomodo struenda atq; inhabitan-
das sint

400 D^oVODENARIUS X.

da sicut tentoria docuit, fuit pastorum pater &
alendi pecoris scientissimus.

DE IAHELE.

EPIGRAMMA.

*Castrorum docuit castrorum usumque perite
Cum gnaus pecudes pasceret ipse suas.*

DE BESELEELO PRÆ- claro artifice. V.

BESELEEL filius Huri, de tribu Iuda artifex
peritissimus spiritu Dei, & scientia varia in
omni opere illustratus fuit. Fabricauit ex auro,
argento, ære & marmore, gemis & lignis quic-
quid proponebatur, vnde tabernaculum fæ-
deris Arcam testimonii, propitiatorii quod
impositum ei, & omnia vas tabernaculi men-
sam, candelabrum & alia diuinō cultui nece-
saria confecit. Sacri libri eius opera euiden-
tissime describunt. Tanta diligentia expoli-
uit ut interitura nunquam laude celebrari di-
gaus sit.

DE BESELEELO.

EPIGRAMMA.

*Ex auro, argento, stanno nitidisq; metallis.
Effuxit pulchre plurima in aedē Dei,*

DE

PRAECLAR ORVM ARTIFICVM. 402
DE OOLIABO, PRAECLAR
o artifice. VI.

Oliabus filius Achisemechi Danitæ, vir priori magistro non multum arte diffamilis. Collega fuit Beseleesis in condendis iis, quæ necessaria erant ad tabernaculum fœderis, fuit artifex clarissimus in lignis & metallis exculpendis, vestimentisq; sacris ex Hyacintho purpura, Bysso, egregie parandis scientissimus.

DE OOLIABO.

EPIGRAMMA.

*Castra Dei iunxit, dicti collega magistri.
Condere. Nam multa clarus in arte fuit.*

DE HYRA PRAECLARO
artifice. VII.

Hyras Naphthalimites sed patre Tyrio, & matre Iudea natus, licet alii diuersum sentiant, nempe patrem fuisse Iudæum, sed matrem Tyriam. Hoc qualemque sit, constat artificem ærarium fuisse, cuius opera & industria Solomon ad vasa & alia conficienda templo necessaria ysus est. Prædicant mire huius
C. e. artem

artem sacravolumina. Epistylia fusilia in liliorum speciem figurata conflauit. Fudit & vas æneum tantæ magnitudinis, vt ab re sit mare nominatum. Diametri longitudo decem cubiculorū, opus Hemispherii speciem referens denis explicabatur coronis. Circumstabant craterem boues duodecim, quatuor diversas mundi plagas respicientes, eo ordine, vt terni singulas perspectarent, eo statu craterem auersi, vt in extremis churibas tota moles secumberet. Fuit æneum illud duorum nullum batorum capax. Fudit & machinas æneas, lateresque decem ænos immensæ capacitatis, & alia plurima instrumenta, quæ posuit rex in templo Domini, Cherubim quoq; leones, & palmas more hominis stantis exsculpit in tabulatis, quæ ære confecta erant, vt non cælara, sed apposita per circuitum viderentur. Proinde inter artifices peri-
tissimos non infimum sortitur locum.

DE HYRA.

EPIGRAMMA.

Egregius ferri, ligni, stannique magister
 Sculpendi. Hunc scite Biblica scripta pro-
 bant,
 Namque hic omnigenis, Salomonis tempore tem-
 plum
 Ornauit vas, religione sacris.

DE

DE IOBABO PRAECLA-
ro artifice VIII.

Obabus filius Sarariæ frater Othonielis ex
tribu Iudæ natus, egregius artifex fuit, &
multis præclaris operibns fabrilibus insignis;
vt & pater artificum diceretur.

DE IOBABO.

EPIGRAMMA.

Sarariæ gnatus Jobabus laude canendus,
Quem patrem artificum dicere iure queas,

DE EZIEL E, PRÆCLA-
ro artifice, IX.

Eziel filius Arariæ, aurifex celeberrimus,
à captiuitate Babylonica templum Domini
restaurare iuuit, cum Esdra sacerdote.

DE EZIELE.

EPIGRAMMA.

Eziel insignis Templum reparare magister,
Iuuit cum reliquis, aurifaberq; fuit.

Cc 2

DE

DE MELCHIA PRAECLARO artifice. X.

Melchias Gabaonites industrius fuit artifex, ædificauit à captiuitate Babylonica Templum Dei diligentissime & artificio-
ssime.

DE MELCHIA.

EPIGRAMMA.

*Dum condit Domini templum moresq; relapsos
Hunc merito vatum carmina docta canunt.*

DE ANANIA PRAECLARO artifice XI.

Anania filius cuiusdam pigmentarii, & hic eximus artifex fuit; Templi restaura-
tionem accuratissime adiuuit.

DE ANANIA.

EPIGRAMMA.

*Mania quod Solyme qua quondam dirita ab
hoste.*

Et templum reficit, laude verbendus erit.

80

DE

X.
ALIA

PRÆCLARORVM ARTIFICVM. 405

DE MOSOLLA PRAE-
claro artifice XII.

Mosollas filius Besoidia, portam veterem
à captiuitate Babylonica in reparanda
de Dominica cum Ioiada filio Phaseæ con-
dere iuuit, affabre parauit valvas, serasque af-
fixit & vectes.

DE MOSOLLA.

EPIGRAMMA.

Portas affixit templo, valuisq; serisq;
Muniit, Es mira sedulitate fores.

Ce 3 DVO-



DVODENARIUS

V N D E C I M V S.

*De Dvodecim Minori-
bus Prophetis.*

DE OSEA MINORE

Propheta I.



SEAS filius Betheri, primus in-
ter duodecim minores Proph-
etas recensetur qui minores di-
cuntur, temporibus Oziae, Io-
iachae, Achazi, & Ezechiæ re-
gum, & Hierobæ, filii Ios regis Israëlis vixit;
prophetauit Anno mundi 3211. De quo Beat:
Augustinus ait: quanto profundius loquitur,
tanto operiosius penetratur. Habuit τυγχάνεις
Amosum, Esaiam & Micheam, inter quos O-
seam primum prophetasse quidam hinc col-
ligunt, quod i. cap. vers. 7. dicitur: *Principium
longendi Domino in Osee. oraculo monitus ac-
cepit Gomerem filiam Debalaïm meretricem*
(variant tamen hic interpretes) & ex ea genuit
liberos meretricios tres duos filios, & unam
filiam. Causam fuisse perhibent, ut suo matri-
monio

monio fornicatorio reprehenderet fornican-
tem populum cum idolis & alienis diis quos
Numen colere prohibuerat. Vnde cerebro no-
minat Ephraim, Samariam, Iosephū, & Iezra-
elem, vxorem fornicantem, fornicationis fi-
lios, & adulterā cubiculo clausam multo tem-
pore sedere viduam, & sub veste lugubri, viri
ad se redditum præstolari. Eius prophetia vide-
tur ex multis cōcionibus ceu fragmentis con-
sarcinata Iudæorum captiuitatem, deuastatio-
nem ac Christi resurrectionem prædixit de
Iudæis sic loquitur capite 3. *Quoniam diebus*
multis sedebunt filii Israhel sine rege, sine principe
sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine ma-
nifestationibus. *Quoniam ad Iudæos cōmode*
referri præcipiunt. Sic de Christi gloriosa re-
surrectione post tertiam diem, vaticinatus est
sanabit nos post biduum & in die tertio resurge-
mus. versatur eius prophetia in manibus ho-
minum, ut nō sit necessarium huc eam de ver-
bo ad verbum transferre. Scripta huius Pro-
phetæ Paulus Apostolus adducit, & eius testi-
monio Christus vicitur cōtra Pharisæos, ipsum
arguentes, quod cum publicanis & peccatori-
bus cibum sumeret. Docuisse fertur annos yl-
tra octoginta.

DE OSEA.

EPIGRAMMA.

Corripuit graniter Iudeos, Numine spredo.

Insano cultu quod simulacra colant.

Cc 4 Alq

*Atque securitas pœnas denuntiat idem,
Mox in eant vita in melioris iter.*

DE IOHELE SECUND Propheta minore.

Iohe filius Phatuelis, Rubenies in agro Be-
lchoro oriundus, prophetauit Anno mundi
3225. Argumentum eius vaticiniorū est, quod
denunciatione magnorum malorum famis,
belli, vastationis terræ, atque simul com-
mētatione magnæ Dei misericordiæ erga pœ-
nitentiam agentes, hortatur ad salutarem pœ-
nitentiam & conuersionem ad Deum. Dein-
de habet insigne vaticiniū cap. 2. & 3. de Chri-
sti regno & beneficiis, atque in primis de effu-
sione Spiritus sancti supra Apostolos & Ec-
clesiam primitinam noui Testamenti, abrogati-
onē sacrificiorum veteris Testamenti & cul-
tibus noui Testamenti, aperta Christi per uni-
uersum mundū inuocatione, vocatione genti-
um. Magna accedit huic Propheta autorita-
tas inde, quod Petrus in prima sua concione
magnum illud opus Spiritus sancti, instruen-
tis Apostolos dono loquendi variis linguis
magnalia Dei, testimonio huius Prophetæ vin-
dicat à derisu & calumniis profanorum homi-
num, & ipse Paulus Rom. 10. locum ex cap. 2.
allegat: *Quicunque inuocauerit nomen Domini,
saluus erit.*

Lu-

Lugubrem scripsit prophetiam & in fine
consolabilem, in patria pacifice mortuus ac se-
pultus est vixit temporibus Oziæ.

DE IOHELE.

EPIGRAMMA.

*Pradixit pœnas saunas pestisq; famisque.
Et belli, ob gentis crimina multa sua.
Sed tamen ille simul miseris solatia dixit,
De Christo ac sacro flamine multa ferens*

DE AMOS MINORE PRO-
pheta. III.

AMOS Propheta, & pastor, inter pastores
Thecuæ. Oziæ regis Iudæ, & Hieroboæ
regis Israelitarum, filii Ioas temporibus flo-
ruit. Vixit anno mundi 3180. Huius D. Hiero-
nymus prophetiam paucis explicari non posse
asserit. Omnesque fere eius conciones sunt
legales, à principio usq; ad finem. Nam graui-
ter redarguit regem Israelis & optimates eius,
sacerdotes & populum, ob idololatriam, secu-
ritatem, iniustitiæ & impœnitentiam. Tamet-
si vero à principio etiam Syris, Philistinis, Tu-
riis, Edomitis, aliisque gentibus vicinis, quin-
etiā ipsi populo Iuda pœnas denunciarit, ta-
men conciones istæ eo pertinuerunt, ut popu-
lus Israel pœnarum ipsarum exemplis stimu-

Cc s latus

Iatis vel agat pœnitentiam, vel similes, immo
grauiores pœnas expectet. Vnde regno Israe-
lis præter alias pœnas captiuitatem Babyloni-
cā denunciauit. In fine cap. 9. habet insignem
prophetiam de Christo eiusque regno instau-
rando ex reliquijs Iudæorum & fidelium gen-
tium: quem locum Iacobus Apostolus Act.
15. allegat, ut demonstret, iugum legis non esse
imponendum ceruicibus gentilium conuerso-
rum. Et Stephanus Act. 7. adducit. ex cap. 5. A-
mos versum 25. & 26. ad conuincendos Iu-
dæos admissæ idolatriæ & transgressionis le-
gis inde usque ab eductione ex Ægypto.

DE AMOS.

EPIGRAMMA,

*Pastor hic, & vates sublimis quatuor urbes
Perstrinxit grauiter, corripuitque malos
Iras non timuit, non verba minacia regum
Fatidicum hunc sounit Thecua terravirum.*

DE ABDIA PROPHETA
minore. IV.

Abdias Anno mundi prophetauit 3355. po-
pulo exuli & captiuo verba facit de libera-
tione, quæ sit futura gloriosa. Inuechitur in gē-
sem Idumæam impiam & insolentem, quæ ex
ma-

malis & calamitatibus Iudaearum, non solum animo voluptatem caperet, verum etiam ludibriis & petulantia eos subsannaret: cuius gaudium versum iri in tristitiam, ore veridico narrat. Hebraei, teste Hieronymo, putant Abdiam hunc esse Obediam prefectum in aula Achabi impii regis Israel, quem legimus. 1. Reg. 18. à persecutione & insidiis Isabellis vero prophetas occultasse. Hunc sentiunt domino propheticō postea fuisse ornatum. Sed ille longe posteriorem esse prophetia satis ostendit.

Quia enim Idumæos accusat επιχαιρετιας, immisericordiae, malevolentiae & virulentiae, qua Iudeis expugnata Hierusalem insultarunt, hostesque eorum ad sauitiam maiorem incitarunt: verisimile est vixisse eum potius circa initium captiuitatis Babylonicae, atque ita Ieremias σύγχρονο fuisse & Ezechiel. Breuissimus quidem est. Sed pulcherrimus, & plenus & spirituali sapientia.

DE ABDIA.

EPIGRAMMA.

Taxat Idumæos grauiter pœnaque minatur.

Peruersosque vocat, nempe επιχαιρετιας.

DE

DE IONA PROPHETA
minore. V.

IOnas Propheta, Anno mundi prophetauit 13166. Tradunt Hebrei huic fuisse filium vidua Sareptana à qua hospitio Helias suscep^{tus} est, id quod inde colligunt, quod mater Eliæ prophetæ reddenti filiū è morte resuscitatum dixit: *Nunc cognoui quod vir Dei es & verbum Domini in ore tuo VERVM est*: quasi inde Ionas filius Amathai, id est, veritatis dicatur. Sed grauissime hallucinantur. Nam Ionas ipse se non gentilem sed Hebræum esse, primo capite testatur. At vero Sarepta in Sidonia sita fuit. Quis autem fuerit Ionas, non obscure liquet ex 2. Reg. 4. vbi sic legimus: *Ipse (Ierobeam) restituit terminos Israël ab introitu Emath usq[ue] ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israël, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amithai prophetam*, qui erat de Geth que est in Opheis. Ergo pater Ionæ fuit Amithai, patria Geth Hephen, sita in tribu Sebulon. Ioh. 19.

Post mortem Helisæi à Domino electus est, vt gentilibus cōcionaret pœnitentiam, cum neque Helisæus quicquam factis miraculis, ac prophetiis apud Iudæos perfecissent. Ire iussus à Deo in Assyriam, Tharsum metu profugit: in quo itinere sceleris sui, sorte conuictus, à nautis in mare proiicitur, & à leone marino

deuo-

deuoratur: in cuius ventre cum gemituatque
cruciatus latens, atque post tres dies & totidem
noctes rursus euomit. Ingressus Niniuen,
vrbem Assirię imperialem clamauit eam peri-
turam intra dies quadraginta. Rex delicatus
auditis prophetę minis, cilicio intuitur, & tam
hominibus quam iumentis indicit, ieunia, &
credi sermoni prophetę diuinitus missō per e-
dictum imperat. Ciuitas vniuersa territa ve-
niam à Deo irato delictorum consequitur &
seruatur, indignante Iona, quod vates fuisse
falsus, à Deo causam audit inserationis im-
mensa. Augustinus Oziae temporibus vixisse
affirmat ille, ait, nō tam sermone Christum quam
sua passione Typum Christi, retulit. D. Hiero-
nymus columbam eum vocat pulcherrimam,
& quod similiter passionē & resurrectionem
Domini præfigurarit suo naufragio: & sub Ni-
niue ciuitatis nomine gentibus salutem si res-
puerint, denuo nciat.

DE IONA.

EPIGRAMMA.

*Prætulit hic Christi surgentis morte figuram,
Cum re, tum verbis, Christus ut ipse citat.*

DE MICHEA PROPHE-
ta minore. VI.

MIchæas Propheta Domini ex Morasti
haud grādi viculo oriundus, qui est iuxta
Eleuchæ

Eleucheropdun vrbem Palestinæ prophetauit Anno mundi 3228. temporibus, Ioachan, Achaz, & Ezechiae regum Iuda, sub Ioacha vero prophetiam suum incepit. Vnde alius est Micheas ille, qui sub Iosaphatho rege Iudæ & Achabo rege Israel vixit. Nam centum annos post hic Micheas suam exorsus vaticinium est in eo vehemens spiritus Domini in obiurgandis incredulis, tam ex Iuda, quam ex Israele Christum ita profigurauit ut nisi Iudæi penitus essent excæcati, ex vate hoc solo, verum natum Messiam cognoscerent.

DE MICHEA.

EPIGRAMMA.

*Morasti villa prognatus, regna futuri
Præcinctis Christi teatque parua casæ.
Spiritus est illi pergrandis, crima carpsit
Et Bethlem laudat, parva licet fuerit.*

DE NAHUMO PROPHEta minore. VII.

NAhumus Helchesæus sub Ezechia rege Iuda, vaticiniis illustris fuit, Anno mundi 3226. Niniuitis qui prius à Iona conuersi ad resipiscientiam, cum ad consuetas impietates redirent & præter alia populum Domini multis, afficerent malis ipse euersionem quæ annis cen-

centum à Ionæ vaticinio secuta est, prædixit.
Nomen Nahum consolatorem orbis signifi-
cat, teste Hieronymo, eo quod consolator sit
veri Israëlis No , Ægyptiorum vrbis maxime
inclytæ, quæ nunc Alexandria dicitur, euer-
sione pariter pronunciauit. Est eius prophe-
tia aduersus ingratos, & diuinæ misericordiæ
contemptores directa & mira vehemētia vin-
dictam & potentia Dei inculcat.

DE NAHVM.

EPIGRAMMA.

*Assyriis senam predixit Numinis iram
Tractabant populum namque furore suum:
Arguit ingratos, & instas nunciat urbi.
No pariter poenas ob scelerata mala.*

DE HABACVCHO PRO-
phetaminore VIII.

HAbacuchus Propheta tempore miseri-
mo gentem trepidantem solatio erexit:
cui et si dissipatio & seruitus præ foribus sit, ta-
men Babylonis non fore Iudæorum dominos
perpetuos, nec suæ crudelitatis fructum ple-
num capturos. Experturum enim populum
leuationem non modo vinculorum, quæ
lustruma futura non sint, sed omnium quoq;
peri-

periclorum habiturum vacuitatem, per Messiam venturum, qui sit fide expectandus, nec ullius mali magnitudine aut temporis difficultate posse impediri, quin suo aduentu afferat corporibus atque animis libertatem eius testimonium adducit Paulus pro stabilienda fidei iustitia. Hic propheta, si in Babylonem è Chaldaea, cibum Danieli viecto deportauit, ut libri apocryphi testantur, ad maximam eum senectutem peruenisse necesse est. Prophetauit anno mundi 3356. Magnus propheta, tametsi scripto modicus: Lustator fortis à D. Hieronymo & nuncupator rigidus appellatur.

DE HABACVCHO.

EPIGRAMMA.

*Pulmentum porta coctum messoribus agro
Ex patria raptus, venit ad Assyries.*

*Hic alimenta tulit Danieli à rege leonum
Iniecto in foueam ne periisse queat.*

*Permodico scripsit vates bona plurima libro,
Ast parvus crebro gratia magna subest.*

DE SOPHONIA PROPHETA MINORE. IX.

Sophonias maiores habuit iuxta Hebraorum adserionem, prophetas, parens ei fuit Chusius, filius Godolias filii Amareas, filii Ezechie-

Ezechię. Probatissimi Iosiae regis Iudea tem-
poribus viguit, & primum quidem pronunci-
auit mala Iudea & Hierosolymitanis, deinde ne
rex pius & pii merore confaci, putarent se o-
mnino abiectos, pronunciauit gentium con-
tritionem, & plurima de reliquis Israel, vera-
que Hierosolyma vaticinatus est prophe-
tauit Anno mundi 3358. Nomina ut D. Hie-
ronymo speculator, & arcanorum Dei cogni-
tor. Estque adeo prophetia eius partim Euan-
gelica & consolatoria. Habet enim praeter de-
nunciationis irae Diuinę, insignia vaticinia de
regno Christi in omnes gentes dilatando. Ig-
itur de hoc etiam Prophetā verum est illud Pe-
tri Act. 3. *Omnis propheta à Samuele & dein-
inceps, quotquot locuti sunt, nunciarunt dies istos.*

DE SOPHONIA.

EPIGRAMMA:

*Fatidico natus prædixit stemmate primo,
Iudeis multis damna sinistra modis.
Post monuit gentes graniter delicta dolerent.
Vitarent docuit quodlibet atque scelus,*

DE HAGGÆO PROPHE-
ta minore X.

HAggæus propheta, primus post exilium,
Vt in templo restituendo ne defatigaren-
Dd tur,

DVBENARIUS XI.

tur, duci Serubabeli & sacerdoti Iosuæ hortator fuit, quippe cuius ædificatio quadraginta plus minus annis intermissa fuerat. Etsi enim Cyrus rex Persarum primo anno statim potestatem dederat Iudeis reuertendi in patriam suam, & ædificandi domum Domini, restitutis vasis templi, quæ Nebucadnezar abstulerat, & suppeditatis sumptibus: tamen cum ille in Massagetas expeditione suscepisset, opus domus Domini à vicinis gentibus Samaritanis, & à Cambyses molitionibus aulicorum impeditum fuit, atque sic tum & deinceps &c. annos intermissum: vbi interim neglecta templi instaurazione singuli Iudei suis rebus curandis intenti erant. Itaque Propheta Haggæus ex citatus spiritu Domini strenue hortatur Principem, sacerdotem magnum & populum ad instaurationem templi, eosque reprehendit, quod illa posthabita ipsi res suas probe current, significans sterilitatem agrorum, siccitatem, annonę caritatem, & rerum necessiarum penuriam, quam hactenus experti essent, ob illam ipsam negligentiam in ædificanda domo Domini ipsis immissam. Cumq; omnes ipsius exhortationi obsequerentur, grauiterque pergerent in opere domus Domini perficiendo, cōfirmauit eos insigni vaticinio de Messia aduentu, quem Delicias gentium vocat, cumq; stante adhuc domo hac secunda venturū prædixit, regnaturumq; in hoc ipso templo doctrina,

na, miraculis, authoritate. Ad pœnitentiam insuper eos vocavit exemplis & memoria malorum præteriorum, addita comminatio ne de euertendis soliis regum impiorum.

DE HAGGÆO.

EPIGRAMMA.

Exilio exacto Iudeis extitit autor,

*Vt repararent Solymæ diruta templo Dei
At cū quisq; domum propriā repararet & agros,*

Nec qui aedes sacras adificaret, erat.

Continuo experti manifestam Numinis iram.

Ergo Haggæus eos taliter alloquitur:

In steriles agros, in torrida prata, domusq;

En vacuas. Quanam, dicite, causa mali?

Quisq; suas reparatis aedes. Sed Numinis aedes

Nemo parat. Vesti hac unica causa mali.

DE ZACHARIA PROphetaminore XI.

Ferunt Zacharias & Haggæus, Prophetæ,
σίγχρονοι & collegæ, pfuncti munere pro-
phetico post captiuitatem Babylonicā, secundo
anno Darii, quem pleriq; existimant esse Ar-
taxerxem Longimanum, non autem eodem
mense. Hic enim mēse sexto, ille mense octauo
concionari cœpit, quemadmodum ex 5. ca-
pite libri Esdræ, tum ex vtriusque Prophe-

Dd 2 tæ

ta exordio liquet. Hahuitq; Propheta Zacharias (vti & Haggæus) hunc finem sibi propositum, ut populum Iudaicum in ædificanda vrbe Hierosolymis & templo, cuius ædificationem sub Cambyse & Dario Hystaspis intermittere coactus fuerat, confirmaret, & pusillam int̄m consolaretur. Id quod fideliter egit, exponendis suauissimis & maxime consolatoriis visionibus à Domino ostensis, quibus defensio aduersus hostes & calumnias populo promittebatur. Habet autem simul etiam preclara vaticinia de alio templo longe pulchriori, quod sit futurum perenne & æternū, Christum Dominum vectum asino, urbem regiam ingressarum affirmat, & tringita nummis argentis iri venditū, sub imagine indicat, & vulneratum ipsum atque transfixum fore aliis solatio, dicit, deniq; effusarum esse spiritū suum gratiæ & precum. De percussione insuper pastoris & dispersione ouium: item de Ecclesiæ amplificatione & protectione, vocatione gentium, de Iudæorum reiectione & extremo iudicio vaticinatus est. Cuius etiam prophetiis ac testimoniis vtuntur Matthæus Marcus, Iohannes Euangelista & Paulus Apostolus. Ut hoc nomine cum præcipuis numerandus sit.

DE ZACHARIA.

EPIGRAMMA.

Erigit hic timidos nimium, firmumq; ministrat
Solamen miseriæ, corda leuatque metu.

Pulchrini

Pulchritus est, inquit, templum, quod nempe perenne est,
In quo sanctorum vita perennis erit.

DE MALACHIA PROPHE- ta minore. XII.

Malachiam ultimum prophetarum esse in veteri Testamento, nemo ambigit. Quis vero ille fuerit, non inter omnes pariter convenit. Origenes sancte teste Hieronymo, Angelū fuisse existimat, qui in specie humana hanc prophetiam ediderit, motus forsitan translatione 70. Interpretum, qui nomen Malachi vertierunt vers. i. c. i. ἀγέλης ἀντῶ, id est, angelī eius. Quæ sententia absonta est, & nullis suffulta rationib. Ut maxime enim eodem tempore munere propheticō functus fuerit, quo Esdras scriba in Iudæam venit, & instaurationem cultus diuini, & reformationem status corrupti in populo suscepit: non tamen sequitur, eundem numero fuisse. Apparet autem subsecutum fuisse prophetas Haggæum & Zachariam tempore Artaxerxis Longimani. Cæterum prophetia eius continet grauiissimas reprehensiones peccatorum in statu Ecclesiastico, politico & æconomico: ingratitudinis ergo Dei beneficia: πλεονεξίας & auaritiae sacerdotum & populi, coniugiorum cum extraneis mulieribus, & immisericordia erga proprias & indige-

Dd 3 nas,

DVODENARIUS XL.

422

nas irrisio[nis] & contemptus diuinatum ob-iurgationum & cultus diuini. Quia in re, vt tan-to magis Iudæorum delinquentium consciencias vellicet & pungat, omniaque effugia eis e-ripiat, vtitur sermone Dialogistico. Deinde etiam habet illustria vaticinia de Messia, eius aduentu, & præcursori Ioanne Baptista, quæ adducuntur in nouo Testamento à Christo, Matth. 11. ab Archangelo Gabriele, Luc. 1. Quia ergo à Christo, Angelo & Paulo Apostolo, Rom. 9. & 15. ex hoc Propheta allegantur te-stimonia, apparet de libri huius autoritate Ca-nonico (vt id obiter dicam) minime dubitan-dum: sicut & à Iudæis & à Christianis indubi-tato libris Canonicis semper adnumeratus fuit.

DE MALACHIA.

EPIGRAMMA,

*Vltimus est inter Prophetas hic Malechi,
Inferior denis haud tamen ille fuit.*

Non regum atroces vultus, sed nene furorem.

Plebis sacrificum nec timet ille minas.

Solatur miseros, pungit feruore malignos.

Blandus nempe piis, horridus atq. malis.

DVO-

b1



DVODENARIVS DVODECIMVS.

*DE DVODECIM CHRISTI
Apostolis.*

DE PETRO, APOSTOLO. I.

PN hoc duodenario ultimo primus locus assignatur Petro, non quod is reliquorum Apostolorum princeps sit & caput, hoc enim soli Christo competit, qui caput Ecclesiae in scriptura appellatur. Sed quia inter Apostolos, qui in Euangelica historia enumerantur, ipsius nomen primo quoque loco ponitur. Is autem Simon Petrus, qui & Cephas dictus est, filius fuit Iohannis seu Iona, frater Andreæ, oriundus ex Bethsaïda (quæ proculdubio ideo ciuitas Petri & Andreæ à Iohanne Euangelista est dicta) punctionibus initio victum quæritans.

Dignitatem deinde Apostolicam (quæ ipsius vocatio ex sacris nota est) adeptus, Pe-

Dd 4 trus

trus, inter cæteros Apostolos non minimum
tenuit locum. Etenim Christus ex mortuis re-
fuscatas Iairi filiam, neminem paritur esse præ-
sentem, nisi cum Iacobo & Iohanne Petrum:
mirandæ transfigurationis Christi in monte,
præsens est spectator Petrus: grauissime luctæ,
quā sustinuit Christus in monte Oliueti, adeo
Petrus. Præclarissimam istam confessionem de
Domino Iesu: Tu es filius Dei viui; nomine
omnium Apostolorum edit Petrus. Christum
in aula summi sacerdotis sequitur Petrus. Re-
surrectionem suam vult Dominus annunciaris
quidē discipulis, sed in specie & Petro. Qui bis,
quis maris se committere audet, ut ad Domi-
num Iesum tendat, est Petrus. Qui tertia vice
per Dominum iam à mortuis resuscitatum in-
terrogatur: Diligisne me? Pasce ergo oves
meas; est Petrus. Proinde dubium nullum sit,
tam dilectum Christi Apostolum, toties ad o-
ves Christi pascendas admonitus, saluberrima-
mam Christi doctrinam Ecclesiaz fidelissime
tradidisse, nobisque eam in suis etiam Episto-
lis reliquisse.

Hinc tamen existimandum non est, Petrum
omni labore ac macula caruisse, ideoque Christo
non immerito acceptum fuisse: eos vero qui
imbecillitate humana laborant, ac peccatis
præuantur, Domino Iesu charos, gratos & ac-
ceptos esse non posse. Is enim non tantū suos
quoque næuos habuit, verum in maxime e-
normia

normia ac grauissima peccata quandoq; etiam illapsus est.

A Christo in aquam matis euocatus, aliquot quidem passus initio facit, ac super aquis non aliter ac si terram pedibus calcaret, incedit: postea vero, ventum sibi aduersum sentiens, fidei imbecillitatem haud obscure prodit, dum mergi incipit. Vnde merito etiam audit: Modicæ fidei, cur dubitasti? Deinde Dominum seorsim deducit: ipsi passionem, crucem & mortem suam omnibus modis disludet: & quantum in se est, salutem humani generis impedi reconatur. Quod sane consilium non aliunde habuit, nisi ex ipsis Satanæ instinctu: ideoque dignum quoque accipit præmium, ac audit: Abi post me Satana. Cum gratissimum periculum sibi & aliis ob mortem Christi immittere percipit, ibi statim collegas suos præ se extemnit, seq; ipsi temere præfert, constantiam suam etiam usque in mortem audaculus offert. Periculo autem deinceps incidente, nihilo securius ac cæteri, aufugit: ac licet animo non nihil recepto, Dominum in aulam usq; Pontificis eminus sequatur: non multo post tamen, ab imbecilli duntaxat ancilla compellatus, fidelissimum suum Dominum turpiter ter ab negat: seime ipsum impie deuouet, ac tandem ex aula se subducens, Magistrum suum penitus deserit. Ista autem omnia Petro euenire passus est Deus singulari quodam consilio, partim

Dd s ne

ne cæteri homines in peccata præcipitati desperarent: partim vero, ne Petro in Ecclesia Christi nimium (quod posterioribus seculis futurum præuidebat Spiritus sanctus) tribueretur, hocq; vnico Petri exemplo luce meridiana clarius fieret, salutem æternam nō nostris virtutibus, sed meræ gratiæ Diuinæ tribuendā & ascribendā esse. Et talis quidem fuit Petrus, Christo Domino suo adhuc in hisce tergis, yisibiliter versante ac obambulāt; qualem vero se præstiterit, Domino iam in cœlū sublatō, sequentia testabuntur.

Quinquagesima itaque die, à glorioſa Domini ascensione, quæ Pentecostes dicitur, iam instantे, vna cōgregati Hierosolymis Apostoli, miraculosis Spiritus sancti donis cœlitus illuminantur: & inter hos quoq; Simon Petrus, cuius exhortatione, iam antea in locum despati Iudæ Apostolus electus erat Matthias. Hic iam in nouum quasi mutatus, in publicū prediens, palam de Christo docere orditur. Ac in prima ſua iſta concione, multis Prophetarum vaticiniis adductis, neruose probat, Christum ex mortuis resuſcitatum, ac ad dextram patris ſedentem effudiſſe hoc, quod iam (Spiritū sancto per os Apostolorū variis linguis loquente) corā videant & audiāt ciues Hierosolymitani. Quo etiā sermonē corda audiētū afficiuntur ac mouentur, ut illa ipſa cōcione ad numerū fideliū accedant animæ circiter ter mille.

Pau-

Paulū pōst, cum Iohanne in templum ascen-
dens, populo vndique confluente, pergit pro-
pagare doctrinam illam de Christo cœptam,
manifeste affirmans, ipsum esse autorem vitæ,
quem omnes Propheta prædixerint passurum
ac moritum esse, id quod tum Hierosolymis
impletum sit. Nihil ergo amplius reliquū, nisi
vit pœnitentia acta, fide ipsum suscipiant: id
quod denuo multi faciunt, & fit numerus cre-
dentium virorum circiter quinq; milia.

Cæterum summā Apostolicæ suæ doctrinæ
cōplexus est Petrus non tantū in ea oratione,
qua contra scribas Hierosolymitanos se defen-
dens, inquit de nomine Iesu: Nec aliud nomen
datum est sub cælo in quo oporteat nos saluos
fieri: verū etiam in adhortatione sua, qua corā
cōcilio Hierosolymitano aperte afferit: p gra-
tiam Domini nostri Iesu Christi saluos nos fu-
turos, quemadmodū & patres nostri salui facti
sunt in veteri testamento. Ac q hisce duob. in
loçis, paucis cōprehendit, illud copiose dedu-
cere voluit in scriptis post se relictis. Scriptorū
autē Petri hodie extat Epistolæ duæ: quarū po-
steriorē (vt Hieronymus ait) pleriq; negat esse
Petri, idq; ppter stylī cū priore dissonantiam.
Quā sententiā etiā Eusebi⁹ amplecti videtur his-
ce verbis: Petri Epistola vna, q prior esse dici-
tur, citra cōtrouersiā recepta est. Hac & veteres
olim presbyteri, sine vlla hēsitatione, in suis scri-
ptis vli sunt: Etā vero, q posterior dicitur, nō essa
legit.

legitimam accipimus : & tamen quia multis
videtur esse vtilis , cum aliis est ysurpata scri-
pturis . Euseb . lib . 3 . cap . 5 .

Potissimum autem dedit operam Petrus , vt
extaret testimonium de Iesu : ipsum videlicet
esse verum Messiam & filium Dei . Docuit de-
inde de salute æterna , eam nobis cōtingere per
fidem in Christum , ex mera gratia . De lege : i-
psum tanquam iugum gentibus nō imponen-
dam : gratis tamen iustificatis opera Decalogi
facienda esse . In sufferendis autem aduersis cu-
ram adhibendam , ne quis patiatur vt fur aut
latro , & si quæ huius generis sunt alia . Act . 15 .
1 . Pet . 4 .

Hanc vero suam doctrinam non tantum in
Iudæa & Hierosolymis , verum etiam aliis in
locis quamplurimis inter gentes propugnauit .
Concionatus est quidem aliquandiu in yrbe
Hierusalem . Ac postea vbi Samaritani à Phi-
lippo sermonem Dei recepisse dicebatur , mis-
sus est & Petrus cum Iohanne in Samariam , vt
ibi eos qui nuper ad fidem conuersi erant , ul-
terius erudiret & confirmaret .

Palæstinæ loca pleraque peragravit Petrus .
Fuit enim Leppæ , fuit Ioppæ , fuit Cæsareæ , v-
bi vnicæ concione summam doctrinæ omniū
Prophetarum comprehendens docet , Christo
omnes Prophetas testimoniū perhibere , quod
remissionem peccatorum accepturus sit per
nomen eius , quisqñs crediturus sit in eum . Fa-
ctumq;

Etumque est tum, ut ipso adhuc loquente verba hæc, ceciderit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonem istum, adeo ut audi- rentur loqui liguis variis, & simul Christo ini- tiarentur, in sancti Baptismo, Cornelii omnes do- mestici, cognati etiam ac necessarii. Fuisse i- ipsum quoque in Ponto, Gallatia, Cappadocia, Asia & Pythonia, ex ipsius Epistola prima, capi- te primo, colligunt quidam. Non desunt, qui ipsum in Alexandria etiam Ecclesiam plantasse affirmant, præsertim Nicephorus, qui scribit: forte Petro Alexandriam contigisse, in qua po- stea ordinarit Marcum, & alias urbes adierit. Antiochia etiam septem annis sedisse alii sen- tiunt.

Cæterum quoad Romam & sedem, quam i- bi Petrus habuisse fertur, variae admodum sunt autorum opiniones. Quidā enim ipsum nun- quam Romam venisse putant: idque partim propterea, quia magna sit diuersitas illorū Au- torum, qui eum Romæ fuisse scribant, & in il- lis scriptis maxime à se inuicem dissentiant: partim quia Euangelista Lucas (qui alias Apo- stolorū profecitiones non reticuerit) Petrum Romæ fuisse nullibi mentionem faciat: par- tim etiam, quia computatio annorum id non ferre videatur, præsertim si qui dicere velint, Petrum vigintiquinq; annos Romæ sedisse. Vice versa vero Origenes Tom.; in Genes. a- perte assuerat, Petrum circa vitę finem, Romę co-

constitutum, capite demisso cruci affixū esse,
 eo quod ipse Passionis hunc modū expeti erit.
 Idem & Eusebius iisdem fere verbis nō vno in
 loco expresse testatur. Nec nō & Irenaeus li. 3.
 c. 1. & 3. hisce duob. suffragatur, clare affirmans,
 Petrum & Paulum Romæ Euangelizasse. Ter-
 tullianus quoq; de præscriptionibus hæretico-
 rum; ac Hieronymus, multis in locis illud tra-
 dunt ac testificantur. Quos sane omnes mēda-
 cii aguere, in primis cum tam manifeste (quasi
 extra controvërsiam res sit) ista scriperint, &
 nonnulli ipsorum, non vsq; adeo diu post Pe-
 tri & Apostolorum tempora vixerint, temeri-
 tatis esse forsitan quis putare possit. Proinde hi
 non male iudicasse videntur, q; media quasi via
 incedentes senserunt, Petrum quidem Romæ
 certo fuisse, non tamē ibi viginti quinq; totos
 annos Ecceſis præfuisse: sed primo quidem eo
 venisse, expugnandi Simonis Magi causa. De-
 inde per gratias iis regionibus, quas in prioris
 Epistolæ inscriptione commemorat, Romam
 reuersum supplicio fuisse affectum. Neq; vero
 hinc vllū Romanæ Ecclesiæ priuilegiū accedit,
 cum dona Petri personalia fuerint, nec neces-
 rio ad successores trāficerint: Neq; si sancti sint,
 qui loca sancta tenent, sed qui imitantur vir-
 tutes eorum. Neq; etiam legitur Petrus vñquā
 usurpare eam autoritatē in reliquos Aposto-
 los, quam postea Romanus pontifex in omnī
 Ecclesiarum Episcopos sibi vendicauit. Verū
 pres-

presbyteros hortatur ipse sympresbyter, ne
dominentur cleris, hoc est, Ecclesiæ: sed typi
potius fiant gregis. Quæ ipsius exhortatio
merito apud successores locum habuisse ce-
bebat. Sessio autem ipsius in cathedra Ro-
mana, cum citra fidei iacturam ignorari possit,
satis sit agitata: miracula de certitudine & ocri-
næ eius testatia, breuib. attingere magis p̄derit.

Porro inter miracula ab ipso adita merito re-
ferti debet, quod in die Pentecostes à Spiritu
sancto illuminatus, incipit loqui variis linguis:
quod mox cum Ioanne orati gratia in templū
Hierosolymis ascendens, claudum annorum
quadraginta circiter, ad portam quæ speciosa
dicebatur, sedentem, ita sanat, ut statim recta
incedat; quod non ita multo post Ananiam &
vxorem eius Sapphiram, sibi mendaciū de ven-
diti agri pecunia dicētes, verbo necat. Sic Lyd-
da & Æneā in grabato decumbentem, ac paralyſi
octo iam annos laborantē, cōpellat hilce dun-
taxat verbis: Ænea, sanet te Iesus Christus, sur-
ge & sterne tibi: qui illico surgens & sanus iussa
exequitur. In Ioppen, ad discipulam Tabithā,
iam mortuam vocatus, cæteris quæ apud eam
erāt, eiecitis mulierculis, & positis genibus, de-
uote orat, ac inquit: Tabitha surge: q̄ mox aper-
tis oculis resedit. Nec dubium est, Petrum plu-
ra edidisse signa, in Actis Apostolorū non scri-
pta, è quibus vnicū solummodo p̄dere sat erit.
Simonē autem Magum referunt historiæ fidei
dignæ, magicis præstigiis tantum venerationis

ad e.

adeptum esse, ut statua ipsi cū hac inscriptione erecta sit: SIMONE DEO SANCTO. Nec non ipsum aliquando iactitasse, in cœlum se ascensurum, ac à Diabolis sublatum quidem esse in aerem, sed non diu volitasse. Patrem enim mandasse Diabolus, vt ipsum abiicerent quod dum facerent, ipsum in terrā delapsum, paulo post extinctum.

Aduersa autem & calamitates non leues, in functione hac sua Apostolica, sustinere coactus est Petrus. Hierosolymis enim docens resurrectionem Domini Iesu, nec non & resurrectionem mortuorum in nomine Christi, de truditur in carcerem. Postero die productus, mandatum accipit singulari quadam cū comminatione, ne omnino amplius loqueretur, nec doceret in nomine Iesu. Cui cum obsequi non vellet, mox iterum in carcerem coniicitur: verum angelus Domini per noctem aper tis ianuis, eoque producto, monet, vt in templo publice docendo pergaat. Quod dum facit, mox cæsus dimittitur, accepto denuo præcepto, ne in nomine hoc loquatur. Anno deinde Domini 45. Claudii vero 3. rursus in Iudeorū gratiam in carcerem coniicitur: verum tota Ecclesia pro ipso devote preces fundente, per angelum denuo mirabiliter noctu liberatur, & educitur. Quæ omnia cum in actis Apostolicis prolixè extant, copiosius hic recēdere no lui. Tandem vero propter Simonem Magum publice

publice (vt superius dictum est) à se pudefactum, in maximum odium adductus est apud Neronem.

Isitaque, vt familiarissime usus fuerat Simone Mago: ita iam in Petrum ira plane inflamatus, morti ipsum tradendū mandat. Petrus ad crucem damnatus poscit, vt in uestis vestigiis cruci affigatur, siquidem indignus sit, qui eodem modo, quo Christus passus sit, crucifigatur. Quo impetrato, & ipsum & Paulum sub eodem Imperatore, eadēque die, videlicet die 29. Iunii, anno Christi 70. alterum cruce, alterum vero gladio necatum historiæ testantur. Et huic rei fidem facere, inquit Eusebius, quod illic (Romæ nimirum) cœmiteria habeantur, in quibus Petri & Pauli nuncupatio ad hunc usque diem obtineatur.

DE PETRO APOSTOLO, EPIGRAMMA.

Piscator primum Petrus, sed Apostolus inde
Insignis, Christi pascere iussus ones,
Officium fido d'gnum Pastore peregit,
Et voce Scriptis feruidus atque potens.
Nec tamen ipse inquam voluit dominarier ulli,
Quippe datum id summis Principiis, virtus
Multi tulit, tandem, pedibus, (quod störe petebat)
Inserfis, crucifixus obivis onans.

Ec

DE

DE ANDREA, APOS-
tolo II.

PETRO subiungendus videtur Andreas, frāter ipsius. Fuit is quoque natus patre Iona, in ciuitate Bethsaida: quæ in Galilæa sita, & ciuitas Andreae & Petri à Iohanne Euangelista est appellata. Initio discipulus Iohannis Baptista; ipsius beneficio Christum cognovit: mox etiam fratrem Petrum, ut eundem cognoscere disceret, adduxit. Et hac ratione vterque, Iohanne derelicto, securus est Christum: à quo & postea Andreas æque ac Petrus à piscatura externa auocatus, in Apostolum & piscatorem hominum est electus. De hoc autem Apostolo in sacra historia plura non extant, nisi quod una cū ceteris, Christi concionum ac miraculorum præsens auditor & spectator fuerit, ante passionē: post passionem vero certis quibusdam Christi apparitionibus, necnon & ipsius in Christi ascensionem interfuerit, ac prædicandi Euangelii mandatum acceperit. In die Pentecostes, Spiritu sancto in Apostolos mirabiliter illapso, iisq; docendi & propagandi Euangelii causa egredientibus, aliis quidem in has, aliis autem in alias terræ partes, Andreas in Scythiā abiit, vt ex Origene de ipso testatur Eusebius. In Scytharum autem solitudines, ad vtrumque Pontum Euxinum ipsum accessisse, itinere facto per Cappadociam, Gallatiam ac Bithyniam Nicephorus refert.

Nazier

Nazianzenus in Epirum missum Andream dicit: ac Hieronymus in Achaiam, Epiro conterminam, eum profectum esse tradit. Quas vero alias in regiones abierit, quamdiu ibi moratus, quo successu docuerit, quæ pericula sustinuerit, ex certis ac fide dignis historiis commemorari nequit. Vnicū tamen silentio præterire nolui: quod pleræque de sanctis vulgariter historiæ testantur, ipsum in Patris, civitate Achiae, ab Ægea, praefecto Edessenorum, in crucem esse actum.

DE ANDREA APOSTOLO.

EPIGRAMMA.

*Andreas Petri frater, primumq; Iohannis
Baptistæ auditor, discipulusq; pius.
Atq; huius ductu, Christum cum fratre secutus,
Munus Apostolicum naclus vterq; fuit.
Enauiter id subiit. Tandem post mille pericla
In cruce extremum clausit & ipse diem.*

DE IACOBO ZEBEDÆL,
Apostolo III.

DVos hosce fratres, Petrum nimirum & Andream, in catalogo Apostolorū à Matthæo posito, sequuntur alii duo fratres, Iacobus videlicet & Iohannes. Ac nomē Iacobi primastenet: Iohannes vero subsequetur. Id q; initio statim

Ee 2 ad

ad aliquam Iacobilaudem facere nonnulli sentiunt. Natum autem hunc esse patre Z. bedæo, matre vero Salomè, quæ & Maria Iacobi dicebatur, ac appellatum Maiorem, Dominique consobrinum, apud omnes extra controuersiam est. Vocatus iste à Christo ad munus Apostolicum, absque omni cunctatione, patre etiam ac omnibus relictis, Christum sequitur. Exercuerat autem antea piscaturam, & sic ex nauicula punctionis, ad nauiculam Christi, id est, Ecclesiam curandam est exhibitus. Apostolus iam factus, ipse & frater Iohannes sorbiuntur nomen Bnechargen, quod sonat filios tonitru. Qua nominis impositione, Dominus proculdubio significare voluit, ipsos voce Euangeli nihilo secius frugifera reddituros corda auditorum, ac tonitru cœlitus emissum fœcundam seu fertilem reddere solet terram. Qua singulari autem benevolentia ac amore Dominus hunc Iacobum semper præ ceteris Apostolis prosecutus fuerit, ex Evangelica historia liquido patet. Initio enim reuocaturus in vitam Christus archisynagogi filiam mortuam, admirandi ac vere diuini illius operis spectatores nullos esse patitur, nisi cum Petro & Iohanne Iacobum hunc. Hunc solum cum reliquis duobus gloriam suam (cum in monte transfiguraretur) intueri voluit. Hunc cù dictis duobus, lucte suæ tristissimæ ac precatiōni ardentissimæ in monte Oliueti præsentem esse iussit.

Cum

Cum vero in multis labamur omnes, nec
sit, qui sine crimen viuat, etiam hic aliquid hu-
mani passus est. Nam humanum ac huius se-
culi regnum Christi somnians, matrem subor-
nauit, quæ à Christo peteret, ut sibi & fratti li-
ceret sedere in regno Christi, alteri ad dextrâ,
alteri vero ad sinistram. Quæ sane petitio, præ-
ter singularem quandam superbiā, magnam
etiam tum studitiam, tum in schola Christi ru-
ditatem sapiebat. Ceterum tum temporis à
Domino melius instructus, melius etiam sa-
pere cœpit. Humanum enim est errare, at per-
seuerare Diabolicum.

Itaque in festo Pentecostes de regno Chri-
sti & aliis omnibus, ad vitam æternam conse-
quendam necessariis, aliter illuminatione Spi-
ritus sancti edoctus, cœpit ipse etiam docere a-
lios; idq; potissimum Hierosolymis, ubi ma-
iorem vitæ suæ partem egisse fertur: & tamen
pro occasione in vicinia illa quandoque Euan-
gelium prædicasse dicitur. Tandem vero anno
Christi 45. Claudi vero tertio, Hierosolymis
ante diem azymorum, ab Herode nuper re-
gnum ingresso, ac ludis hac ratione gratifi-
cari volente, gladio est interfectus. De cuius
obitu Eusebius lib. 2. cap. 9 sic scribit: De hoc
Iacobo Clemens historiā memoratu dignam,
in septimo hypotyposeon, quam ex præceden-
tium relatione acceperat, ponit dicens: Is-
sane, qui eum ad tribunal duxerat, cum mari-

E e 3 rium

rium subiturū cerneret, ea re motus, & se Christianū esse vitro est fassus. Ducti suntigitur simul vtriq;. Ille vero in itinere petiit à Iacobō, ut sibi ignosceretur. Hic cum parumper dēliberasset, pax tibi, inquit, & oscula:us est eum. Atque ita simul vterq; decollatus est. Hac ille. In hunc itaq; modum Iacobus ipsa experientia didicit, Christi regnum non de hoc mundo esse: vnde & calicem Christi libenter bibere, & proprii sanguinis effusione Euangelium Christi veluti ob-signare, gratus voluit.

DE IACOBO ZEBEDÆI, Apostolo,

EPIGRAMMA.

*Hic consobrinus Christi cum fratre Iohanne,
Munus Apostolicum nactus, obiuit idem
Strenue intrepide. Atq; hinc dictus vterq; Bne-
hargen,
Verba utriusq; etenim fulminis instar erant.
Impius hunc ferro truncari iussit Herodes,
Cum gente Hebrae gratiam inire volens.
Scilicet egregium id mediū est quod cæd: piorū,
Praonorum inter se conciliatur amor.*

DE IOHANNE EVANGE- lista, & Apostolo IV.

*E*X præcedentibus liquet, Iohannem hunc Apostolum & Euangelistam natum esse patre Zebedeo, matre vere Salome, ac fratrem fuisse

fuisse germanū Iacobi illius, de quo modo dicatum est. Piscator vero etiam cum esset, una cum fratre, iuxta mare Galilææ à Christo vocatus, & patrem & pescaturam deserens, fit Apostolus. A Christo autem in tantum diligitur, ut inter cæteros ipsi facile charissimus discipulus fuisse videatur. Nam præter id quod tribus istis mirandis ac stupendis Christi operibus, resuscitationi defunctæ puellæ nimirū, transfigurationi in monte, agoni in monte Oliveti adhibetur, præter id, inquam, habet alia multa signa singularis Christi erga se amoris. Cum enim iam adesset tempus comedendi agnum paschalem, ac è cæteris omnibus duos eligere vellet Dominus, quos ad præparandum locum cœnæ idoneum, in urbem Hierusalem, alegaret, præ reliquis ad illâ legationem dignus iudicatur Iohannes. Reliquis deinde omnibus in ultima ea cœna ad mensam assidentibus, solus Iohannes is est, quem Dominus sibi in sinu recumbere voluit. Ac alii omnes, licet magnopere desiderarent cognoscere, quis sit, quem Dominus se pro diturum conquestus erat: tamen id aliter & commodius experiri se posse non existimant, quam si Iohannem per nutum suboruerint, ut à Domino id expiscetur. Nouerant enim ex singulari familiaritate, qua Christus Iohānem fouebat, denegatū hoc ipsi non fore. Et quid multis opus? Cum Iohannes ipse per periphrasim se vocet eū discipulū

Ec 4 quæm

quem Christus amarit. Taceo iam ex septem Christi in Cruce prolatis verbis, etiam vnum fuisse illud, quo Christus Iohannem non tantum humaniter alloqui dignatus est, sed ipsi propriam quoque matrem commendare voluit, dicens: Ecce mater tua. Taceo ex illis Christi verbis etiam hoc fuisse, quo matrem consolari ac ostendere ei voluerit, quem deinceps loco sui filium habitura esset, dicens: Mulier ecce filius tuus. Quo sermone haud obscure testatus est Dominus, non solum quantæ curæ sibi mater, sed quantæ vicissim etiam curæ sibi esset discipulus suus Iohannes.

Ceterum, quod ad loca, in quibus Iohannes Euangelium de Christo propagarit, atinet, manifestum est ex actis Apostolorum, ipsum una cum Petro, cōmuni reliquorum discipulorum consilio missum esse in Samariam, ad confirmandos in fide eos, qui à Philippo iam prima Euangelii semina exceperant. Vbi etiam, ad manuum impositionem, quam ipse & Petrus apud fideles adhibebat, mirabiliter datum est Spiritus sanctus. Divisione autem Apostolorū facta, ac aliis in alias regiones pergentibus, Iohannem sortitum esse Asiam, autor est Eusebius. Ac Ephesi quidem ipsum aliquandiu, ut pastorem moratur esse multi affirmant: qua in sententia etiam fuisse videtur Irenaeus, dicens: Ephesi Iohannem fuisse, cum suū Euangeliū scriberet. Nec multo post, inquit idem

idem Irenæus, Paulum quidem fundasse Ecclesiam Ephesinam, sed Iohannem ibi permanisse vique ad Traiani tempora.

His accedit, quod Eusebius quidem scribit, Iohannem Apostolum tempore Domitiani, anno Domini 96. circiter, propter diuini verbi testimonium ad Insulam Patmon esse condemnatum (ubi & suam Apocalypsin scripsisse creditur) mox tamen subiungit, eundem Iohannem, mortuo Domitiano, de exilio reuersum: Ephesi denuo commorari cœpisse, ac ibi residentem, Asiae minoris Ecclesiæ gubernasse. Vbi simul etiam prolixam historiam commemorat, de iuuene quodam, à latronū sodalitione per Iohannem reuocato, quam lector ex vigesimo capite libri tertii historiæ ipsius pertere potest.

Capita vero doctrinæ, quam Iohannes professus est, quæ fuerint, cernere licet ex scriptis ipsius quæ Ecclesiæ reliquit; potissimum vero ex historia Euangeli. Illam autem præcipue fertur adornasse contra deliria Cerinthi ac Ebionis, qui somniabant, Christū non esse Patri consubstantialem, nec verum Deum. Hinc factum est, quod Iohannes diuinitatem Christi tam sollicite afferit: ac per totū illud suum Euangelium fidem in Christum tot verbis inculcat. Iustitiam etiam gratuitā, quam per solam in Christum consequimur fidē, vix quisquam Euangelistarum dilucidius ac planius

Ecclesia

eradidit Iohanne isto. Nouissimus autem ^{o-}
nnium Euangelistarum historiam suā Eu-
gelicam contexuit: ideoque cum videret, quæ
à reliquis tribus conscripta essent, illa quidem
approbavit omnia: Verum desideratis non-
nullis, quæ ante incarnationem Iohannis Ba-
tistæ acciderant, illa in suo Euangeliō addere,
ac egregias etiam Christi conciones à cæteris
omissas recensere, ipsi visum est. Quia vero fi-
dem oportet esse efficacem per Charitatem,
ideo Iohannes in sua Epistola prima Charita-
tem frateriam mirum in modū commendat
& extollit. Reliquæ duæ Epistolæ, sub ipsius
nomine extantes, ab Eusebio, lib.3. cap.22. in-
ter Apocrypha numerantur.

De miraculis ab ipso editis nihil certi con-
stat: in vas oleo calefacto plenum ipsum im-
missum, indeq; illæsum esse egredium, adeo in-
certum est, ut multi etiam dubitent de loco,
Ephesinean Romæ factum sit. Imbecillitas
humanæ est, quod Iohannes, capto iam Chri-
sto, fuga salutem querit, ac reliquo vestimento
(Iohannē enim fuisse, de quo ista Marcus 14.
cap. scribit, quidam opinatur) nudus elabitur.
Vicissim autem eximiæ pietatis fuit, quod E-
phesi balneum, laundi gratia, ingressus, mox
vbi Cerinthum ibidem cernit, denuo egredi-
tur dicens: Fugiamus, ne corruat balneum, in
quo Cerinthus, veritatis inimicus, lauat; ut Eu-
seb. lib. 14. cap. 14. testatur.

In-

Inter alias calamitates quas sustinuit, etiam
refertur exilium ipsius, dum saeiente in Chri-
stianos Domitiano, ipse in Patimo delitescit: ac
anni spatio elapso, inde demum succedere Nerua,
ac impia decreta Domitiani rescindente, Ephe-
sum reuertitur. Vbi tandem anno Christi 102. (vt
apud Eusebium ex D. Hieronymo annotatur)
placide abdormiuit. Et ista de Iohanne: cuius
scriptis si crediderimus, æque ac is, à Domino
diligeremur, ac in æternum cum ipso saluabi-
mur.

DE IOHANNÉ EVANGELISTA & Apestolo, EPIGRAMMA.

Munere Apostolico fuit his quem dico Iohannes,
Quin & Euangelico, functus utroq. simul.
Huc Christus summo complexus amore Iohannem,
Is quem Christus amat, dicit us & indefuit.
Discipulum se ipse vocat quem Christus amarit,
Signaque amoris erant indubitate satis.
Hic est quem matri moriens matremque vicissim
Mandauit dicens: Filius ecce tuus.
Et mox intenius oculis conuersus ad ipsum,
(O quam fidus amor!) En tua mater, ait.
Actus in exilium, in Patimo latuisse per annum
Dicitur. Interea Domitianus obit:
Hinc rediens Ephesum, placide obdormiuit ibidem,
Cum commendasset seq. suosq. Deo.

DE

DE PHILIPPO APO-
stolo V.

Testantur acta Apostolica aperte: Aposto-
los duodecim communicato consilio cō-
nocasse multitudinē reliquorū discipulorum,
illisq; iniunxit, ut ex eorum numero circum-
spicerent viros spectat̄ probitatis septem, qui
ministrarent measis. Non enim esse placitum,
ut ipsi duodecim nimirum Apostoli, derelicto
sermone ministrent. Vnde satis patet, duos
fuisse, qui nomine Philippi sint appellati: al-
terum Apostolum, alterum Diaconum seu
ministrantem. Diaconus fuit is, de quo Lucas
postea in Actis scribit: Postridie vero nos, qui
eramus cum Paulo, venimus Cæsaream. Et
ingressi in domum Philippi Euangelistæ, qui
erat unus e septem, mansimus apud eum. Huic
autem erat quatuor filiæ virgines, Prophetan-
tes Actor. 21. De hoc iam non est sermo. Alter-
um autem qui postea electus est in Aposto-
lum, fuisse Sympatriotam Petri & Andreæ,
oriundum videlicet ex Bethsaida, sita in Galil-
ea, ex Euangeliō Iohannis liquet: Petro itaq;
& Andrea fratre ipsius, à Domino iā receptis,
postero die Dominus Iesus in Galilæam exitu-
rus, reperit Philippum, eumq; vocans dicit:
Sequere me. Philippus in hūc modum assump-
tus, vider postea Nathanaelem: quem & is ad
Christum adducit; Charitatis enim fraternæ
est,

est, ut in veram notitiam Christi adducti, alios quoque adducere conemur. Ex eo tempore Philippum crebro cum Domino conuerlatū, præclarissim arum concionum, necnon & stupendorum miraculorum ipsius præsentem tum auditorem, ium etiam spectatorem fuisse, ex aliis Euangelistæ Iohannis relationibus apparet. Etenim ad mare Tiberiatis (refert Iohannes) Dominum Iesum cum Philippo (nimis) ipsius confirmandi gratia consilium cœpisse de ratione pascendi innumeram multititudinem hominum ad se venientium. Familiaritatē hanc quæ Christo cū Philippo intercedebat, non ignorabant etiā Græci seu Gentiles. Vnde ipsi, postquam Hierosolymā adorandi gratia, in festo venerant, per Philippum accessum ad Dominum Iesum querunt, adipsum accedentes ac dicentes: Domine, volumus Iesum videre, Ioh. 12. Hoc etiā facit, quod cæteris tacentibus solus Philippus Dominum in concione à cœna interpellat, inquiens: Domine, ostende nobis patrem & sufficit nobis. Præter hanc Philippi cum Christo consuetudinem, aut pauca aut nulla apud fide dignos scriptores de eo extant, quantum quidem ad ea attinet, quæ ante passionem & resurrectionem Christi facta sunt.

Post resurrectionem Christi, ipsum in Scythia annis viginti concionatum plerique testantur. Eusebius lib. 3. cap. 27. ex Clementis testi-

testimoniō maritū ipsum fuisse, ac liberis procreandis operā dedisse, nec non & filias elocasse, manifeste recenset. Similiter & Polycrates, Ephesinæ Ecclesiæ Episcopus commemorat, Philippi vnius ex duodecim filias duas in virginitate consenuisse, & alteram eius filiam, quę in Spiritu sancto conseruata sit, Ephesi qui escere: fides tamen esto penes lectorem. Crucifixum ipsum & lapidibus obrutū, anno Christi 45. Claudii vero 12. Eusebius in Chronicis annotauit. Idem tamen Eusebius lib. 3. c. 28. ex Epistola Polycratis, Ephesini Episcopi, de obitu Philippi allegat hæc verba: Philippus unus ex duodecim obdormiuit Hieropoli. Idē confirmat quoq; Synopsis Dorothei, Episcopi Tyri. Ac sunt omnino variae opiniones de ipsis morte, quales hic commemorare, nō parum quidem molestia, parum autem utilitatis adferre videtur.

DE PHILIPPO A- postolo,

EPIGRAMMA.

*Hic ex Bethsaïda Galilæ oriundus. Et inde
Andrea & Petri Sympatriota fuit.
Discipulus Christi: factus mox Nathanaelem
Ad Christum adduxit. Nempe coegit amori:
Fertur liberius cum Christo saepè locutus,
Id cœna Domini quod satis acta probant.*

Ef-

Efferagens (Scythia dicunt) immane peremptum
Cruciferunt. Scripta docent veterum.

DE BARTHOLOMÆO A- postolo VI.

EX testimonio Petri de Natalibus colligitur, Bartholomæum fuisse natione Syrum, cumq; ex omnibus Apostolis solum extitisse nobilitate carnali clarum & ornatum, ut qui regis Syrorum nepos fuerit. De hoc autem Bartholomæo non multa mentio fit in Euangelica historia, excepto ipsius nomine, quod in Catalogo Apostolorum quoque recensetur. Ipsum autem in India Euangelium Christum docuisse Eusebius lib. 5. cap. 9. refert, inquiens: Ad Indos venisse dicitur Pantænus, ubi illum Euangelium Matthæi (quod ante aduentum ipsius in India fuerit) apud quoddam illic Christum cognosentes, reperisse ferunt: quibus Bartholomæus, unus ex Apostolis prædicaverit, & scriptum Matthæi in Hebreorum literis reliquerit, quod & ad prædictum usque tempus seruatum esse volunt. Hatenus ille.

Suam vero doctrinam quibus confirmari miraculis: aut quibus hinc inde exppositus fuerit & subiectus periculis, de hoc nullam tere mentionem faciunt scriptores. Excepto ipsius martyrio, quo in Armeniæ vrbe Albania, coronatus esse fertur. Illius enim

enim ipsum ab Astyage, Polymnii fratre, pelle
prius detracta, imperfectum esse Sabellius au-
tor est, idque ex insidiis pontificum illorum
qui dæmonibus seruire solebant. Rationale
Divinorū perhabet, ipsum initio exoriatum,
ac deinde demum decollatum quoque est.
Quo sane crudeli mortis genere doctrinæ sua
certitudinem fideliter obsignauit.

DE BARTHOLOMÆO A- postolo.

EPIGRAMMA.

*Ex omni numero est hic solus nobilis ortus;
Regis Syrorum nam fuit ille nepos.
India Euangelium Christi didicisse per ipsum
Fertur, ubi & tandem martyrio occubuit.
Namque ipsum Astyages detracta pelle peremisit,
Hoc quæ sunt fides haec premia iniquanimis.*

DE THOMA APOSTO- lo VII.

THomas in Apostolorum catalogo etiam
recisetur, ac in Euangelica historia Didymus
alio modo appellatur. Quibus autem pa-
rentibus natus, quaere ratione & ubi ad Apo-
stolatum vocatus sit, in sacris non exprimitur.
Christi autem conçiones ipsum audisse, mira-
culaque

culaq; coram spectasse, & reliqua etiam cum cæteris Apostolis communia habuisse dubium non est. In primis vero luculentè depingitur enormis iphius incredulitas, quo omnes discat, quantum possit homo, relictus propriis si viribus, ac non adiutus gratia diuina. Sed & solutionis plenissima concio ipsi habetur, dum audit: Quia vidisti Thoma, credidisti: beati qui non vident, & tamen credunt ne videlicet desperent, etiam in grauiissima peccata lapsi, si modo pœnitentiam vere agant. Thomam autem misisse Thaddæum ad Agbarum, idque iussu Domini, ut sanitati ipsum restituat, Eusebius indicat.

Idem deinde Eusebius asserit, Thomæ in divisione Apostolorum obtrigisse Parthiam, ut in ea Euangeliū propagaret. Cui etiā suffragatur Dorothæus Episcopus Tyri, in sua Synopsi, dicens: Thomas, quemadmodum traditio haber, Parthis, Medis ac Persis Euangeliū Domini nostri Iesu Christi prædicauit. Prædicauit enim Germanis, Hircanis, Bactris & Magis. Quidam lanceis eum transuerberatum esse: quidam vero gladio interfectum putant. Dorothæus, quem paulò ante citauit, in sua synopsi sic inquit: Obdormiuit autem Thomas Calaminæ, ciuitate Indiæ, calamo quem lanceam vocant, occisus, ubi & honorifice sepultus est.

FF DE

DE THOMA APOSTOLO,

EPIGRAMMA.

Munere Apostolico Thomas quoq; functus. Eundem

In simul & Didymum pagina sacra vocat.

Hic nisi quod tereret digitis, oculisq; videret.
Credere nil voluit. Vah homo despiens.

Post tamen a Christo edoctus, veniaq; petita,

Peccatum agnoscens, credulus inde fuit.

Parchos hic docuit, Calamo, que lancea vulgo

Dicitur, extintus. Quod Dorothaeus ait.

DE MATTHÆO A-
postolo, VIII.

OCraum locū in Catalogo Apostolorum
tenet Matthæus: eum binominem fuisse
ex Marco apparet, qui eum appellat Leui, ac
Alphæi filium fuisse pronuntiat. Publicanū i-
psū egisse Capernai, aut vicino aliquo in loco,
ex historia Euangeli colligitur. Iefu autem lo-
cum istum, ubi Matthæus ad teloniū sedebat,
forte prætereunte ac ad Matthæum dicente:
Sequere me, Matthæus illico relictis omnibus,
Dominum sequitur, ipsumque parato solenni
conuiuio, multisq; aliis publicanis ad id voca-
tis (proculdubio ut hac ratione etiam ipsi ad
Christum conuerterentur) hospitio excipit.
Postea & publicam quasi muneric sui confir-
mationem,

mationem, cum reliquis Apostolis vndeclim
in genere accipit. Ac post Christi ascensionem
vna cum cæteris, iisdem etiam donis Spiritus
sancti ornatur: sitque non tantum (vt iam di-
ctū est) Apostolus, sed etiam Euangelista. Por-
tro qua fide ac dexteritate doctrinam Christi
propagarat, luculentū ipsi perhibet testimoniū
Euangelica historia ab ipso conscripta. Quām
Hebræo sermone scriptā esse apud Eusebium
Papias refert hisce verbis: Matthæus itaque
Hebraica dialecto librum suum composuit.
Quemadmodum & ipsum Hebreis prædicasse,
alibi Eusebius testatur, Iulius Africanius (qui
nomen Abdię præ se fert) narrat, Matthæum in
Æthyopiam venisse, ibiq; duos Magos, quise-
deos esse iactitarint, confusisse, nec non & a-
lia multa in ea regione miraculose operatū es-
se. Verum autori isti vulgo non multum tri-
buitur fidei. Dorothæus Episcopus Tyri, Mat-
thæum Hierapoli Patri obiisse, ibique cum
honore sepultum esse in sua Synopsi tradit. At
de Matthæo ista sufficient.

DE M A T T H Æ O A- postolo,

EPIGRAMMA.

*Hic est Matthæus qui vectigalia primum
Exegit; Leni dictus & ille fuit.*

Ff 2

Me

*Me sequere, huic Christus cū diceret; illico surgēs
 Obsequitur Christo; Coniuiumq[ue] parat,
 Christo ac discipulis Christi; sociisque vocatis,
 Nempe esse & socios participes voluit
 Colloquii Christi sancti atque exinde salutis.
 O quanto flagrans pectus amore fuit!
 Non minus hic scriptis quam viua voce docebat.
 Huius apud Parthos molliter ossa cubant.*

DE IACOBO MINORE,
Apostolo IX.

Nonus in Catalogo Apostolorum est Iacobus iste: qui alias etiam minor dictus est, ad differentiam alterius Iacobi, cuius superius facta est mentio. Idque propter hanc causam, quia huius vocatio ad Apostolatum posterior erat, quam illius. Appellatus est & iustus, propter singularem suam severitatem. Insuper etiam frater Domini nominatus est, vel propter singularem cum ipso conuersationem ac coniunctum, & quia Dominus ipsum loco fratris habuerit, ut quidam opinantur: vel quod forma corporis & moribus Domino fuerit quam similimus, ut alii putant: vel quod fuerit filius Iosephi, ex alia vxore, quam ex Maria virgine, seu matre Domini, ut rursus alii autumant. Ista vtut se habeat, certe eorum sententia maxime verisimilis videtur, qui cum D. Hieronymo statuant, secundum cognitionem, Iacobum dici

dici fratrem Domini, quia de Maria Cleophæ
 (quæ soror matris Domini erat) natus sit. In
 libro autem, quem contra Heluidium scripsit
 Hieronymus, prolixè indicat, Iacobum fuisse
 Alphæi & Mariæ Cleophæ filium. Quemad-
 modum etiam à Matthæo, Marco & Luca, Ia-
 cobus Alphæi expresse appellatur. Ita ut Chri-
 stus Dominus & Iacobus Minor, duarum so-
 rorum filii esse videantur. Hic in cōcilio Hie-
 rosolymitanō ad fratres cæteros concionem
 habens, decernit, gentibus non esse imponen-
 dum intolerabile iugum legis Mosaicæ. Sor-
 titus est quoq; teste Eusebio primam Episco-
 palem Ecclesiæ Hierosolymitanæ sedem. Cui
 Episcopatuī præsedit ipsum, per annos tri-
 ginta, ex Eusebii suppuratione colligitur. De
 Epistola Iacobi inquit Eusebius lib. 2. cap. 1. ia-
 ter cætera. Eius dicitur esse Epistola, quæ in-
 ter catholicas prima est. Sciendum autem est,
 esse adulterinam: non enim multi ex veteri-
 bus mentionem illius faciunt. Denique ipsum
 è pinna templi deiectum, ac fullonis instru-
 mento percussum, obiisse, ex historia Eusebii
 manifestum est. Ac qui insignem ipsius pietati-
 tem, deuotionem ac martyrium tandem ple-
 nius cognoscere cupit, ex prædicta historia li-
 bro secundo, cap. 23. omnia copiose & prolixè
 videre poterit.

Ff 3 DE

DE IACOBO MINORE,
Apostolo,

EPIGRAMMA.

*Jacobus Minor hic, alio quoq; nomine Iustus,
Qui frater Domini dictus & ipse fuit.
Conclio Solymis habito, intolerabile legis
Mosaica docuit gentibus esse iugum.
Triginta docuit quoq; primus Episcopus annis
Affidius Solymis. Ab amor in patriam!
Epinna templi tandem deiectus obiuit,
Nempe recompensam hanc turba maligna
dedit.*

DE IVDA THADDÆO

Apostolo, X.

Iudas hic, qui alias Lebbæus & cognomento Thaddæus, est appellatus: à quibusdam filius Iosephi fuisse putatur, sed incerto id indicio. Proinde commendatur eorum sententia, qui ipsum statuunt fuisse fratrem, non solum Iacobi istius Minoris, quem modo descripsimus: verum etiam Simonis illius, qui paulò post subsequitur. Pater autem horum trium Cleophas dicebatur & Alphæus, ac Iosephi frater traditur fuisse. Vnde dextre colligi posse videtur, Cleopham, qui & Alphæus dictus, ac Iosephum, duos fuisse fratres, & in matrimoniis

monio habuisse duas sorores, nimirum Mariam, matrem Domini, & Mariam Cleophaz, quæ vulgo soror matris Domini vocatur. De hoc Iuda nihil habent sacræ literæ, nisi quod Iohannes Euangelista testatur in prolixa oratione Christi, à coena habita, quæsiuisse Iudam, quamobrem discipulis se suis, & non mundo ostensurus esset Christus. Hic Ecclesiam Iesu Christi, (facta diuisione Apostolorum) primum in Mesopotamia & Ponto dilataisse: Deinde eti. in Iudeam & vicinas regiones, videlicet Galilæam, Syriam, Samariam, Idumæam & Arabiam, docendo peragrassè fertur. Eū quoque ad Agbarum, Edesseorum regem, missum esse, & Eusebius & Hieronymus afferunt, à quo & Agbarus pristinæ valetudini sit restitutus. Non tantum autem regem Agbarum, sed tum temporis permultos in Edessa regione mirabiliter curauit Thaddæus, & verbum Domini de Christi morte, ac passione diserte ibi docuit, ut ista omnia prolixe & copiose ab Eusebio recensentur. Epistola vero ipsi inscripta ab Eusebio inter τὰ ἀντιλεγόμενα referuntur. De obitu ipsius variant autores: sunt tamen qui ipsum cum fratre Simone in Persidem profectum, ibidem à sacerdotibus Etanicis interceptum dicant: at fides sit penes lectorum.

ff 4 DE

DE IVDA THADDÆO,
Apostolo,

EPIGRAMMA.

Proditor hic minime est Iudas, cognomine namq;

Hic est Thaddeus, patre satus Cleopha.

Missus ad Agbarum, morbo relevauit eundem,

Vnus cultu edocuitq; Dei.

Post multas per agrans urbes, in Perside tandem

Sacrificium seu a cæde peremptius obit.

DE SIMONE SIVE SIMEO-
ne Apostolo, XI.

Simonem hunc fuisse fratrem Thaddæi il-
lius, de quo modo dictum est, plerique sen-
tiunt, ipsumque natum esse dicunt ex patre
Alphæo, qui cognomine Cleophas fuerit vo-
catus, ac matre Maria, sorore matris virginis.
Hic alio nomine appellatus fuit Cananæus, seu
quod idem est, Zelotes. Hinc D. Hieronymus
in cap. 10. Matthæi inquit: Simeon Cananæus
ipse est, qui in alio Euangelista scribitur Zelo-
tes: Cana enim idem significat quod Zelus.
Vnde facile colligi potest, ipsum nomen hoc
suum ob insignem Zelum, quem Hebræa vox
Cana exprimit, & non à vico Galilææ, forti-
tum esse.

Professum hunc esse Euangelium Christi,
pri-

primum in Ægypto, Libya & Persia: deinde etiam per Cyrenam, Africam, regiones ad occidentalem oceanum & Insulas Britannicas, vulgo existimant. Inde reuersus, Hierosolymitanæ præficitur Ecclesiæ, ac fratri Iacobo in Episcopatu succedit. In quo etiam præsedisse annos 47. vel circiter dicitur. Nam diu admodum yixisse, ac ætatis annum centesimum vigesimum attigisse fertur. Vnde facile coniectura assequi licet, ipsum multarum animarum cū salute, strenue ac indefesso labore Euangelium docuisse. Ac quia ingratissimus hic mundus malam eiusmodi Euangelii præconibus solet rependere mercedem & gratiam, dubium non est, quin multa, tot annorum spatio grauissimaque pericula experiri coactus sit: id quod etiam Eusebius silentio præterire non potuit, de martyrio, quod Simon Hierosolymis passus sit, in hunc modum scribens: Post Neronem ac Domitianum, sub eo Imperatore, (Traiano) cuius iam tempora inquirimus, rumor est singulatim & per ciuitates, per seditiones populares, motam esse contra nostros persecutionem, in qua Simeonem Cleophæ filium, quem alterum fuisse Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopum significauimus, martyrio vitam finiisse accepimus. Et paulo post de eodem, ex Egesippo refert ista: Hicationem (Egesippus) de quibusdam hæreticis scribens subiungit ac significat, quomodo prædictus Ff. s. Simeon

Simeon, ab iis eodē tempore variis modis accusatus, tanquā Christianus, plurimis diebus flagris cæsus sit, ita ut ipsum iudicem, & qui circa illum erant, plurimum stupefecerit; atque ita finem Dominicæ passioni conformem acceperit. Quod martyrium ipsum paſsum esse, dicit Eusebius ex Egesippo, cum natus iam esset annos centum & viginti, sub Trajanō Cæſare & Attico consulari.

DE SIMONE A-
postolo,

EPIGRAMMA.

*Simon Zelotes fuit hic cognomine dictus
Nam Zelo insigni preditus ille fuit.
Iacobō extincto Solymis, successit eidem,
Expositum sciret se licet esse malis
Flagris hic, annos natus centum atque viginti,
Innumeris mortem cæsus ad usque fuit.
Nempe ita consimile est paſsus quod Christus
Iesus,
Cui conformis in hoc hac ratione fuit.*

DE MATTHIA A-
postolo, XII.

*I*Uda proditore in locum suum iam digresso,
Iussum est reliquis Apostolis, alium quendam,
qui cum ipsis conuersatus sit ex eo tempore,
quo

quo Iesu docere & miracula edere cœperit, ipsi substituere. Ipsis itaque hac de re monente Petro, inuicem deliberantibus, in electionem etiam veniebat Matthias. Fuisse autem hunc vnum ex septuaginta discipulis, quos antea sibi quoque elegerat Dominus Iesu, Eusebius testatur. Eum itaque, simul congregati Apostoli, facta ad Deum precatio & missa sorte, diuinitus in Apostolum electum esse, ipsa experientia ac euentu edocentur. Quod vero munus tum temporis Matthias sorte adeptus est, illud summa etiam cura ac diligentia administravit; & accepto, & q; ac reliqui, Spiritu sancto, perrexisse fertur in partem quandam Aethiopiarum, maxime agrestem, ac ibi hominibus Barbaris denuntiasse Euangelium Christi & sic pie obiisse.

Circumfertur liber quidam Abdiæ inseritus, in quo inter cætera habetur: Matthiam hunc fuisse de nobili genere, ac habuisse parentes de tribu Iuda opulentos: ab ineunte ætate ipsum in lege diuina optime fuisse institutum: usumque esse præceptore, Simone quodam, homine literatissimo. Tandem vero etiam Giscolz, in Galilæa, ipsum in publica ac longa disputatione de religione disseruisse cum Ariano Pontifice: ibiq; & lapidatum & truncatum fuisse. Ista, & alia quamplurima, quæ ex illo autore de singulis Apostolis huc annotari potuissent, cum nō apud omnes fide digna

460

D V O D E N A R I V S XII.

digna habeantur, data opera in medio & suo
auctori relinquere vñsum est.

D E M A T T H I A A-
postolo,

EPIGRAMMA.

*Solus hic est omnes inter, quem sorte legebant,
Intulerat Iudas cum sibi sponte necem.
Agrestem Aethyopum turbam, qua barbara
gens est.
Instruxit veri religione Dei.
Sed tandem saxis furibunda à plebe petitus
Extremum intrepide clausit in orbe diem.*

F I N I S.



X VIENETII: Maria Benigna von
Sachsen-Reuenburg,
verh. Rosenzessin
Ticcolonini. Ute,
Juli Kal 4 AKB Weinach

Draudius, G. Pandecte veteris et novi testamenti historicae...
Ffm. 1613. Hschweinsdr. d. Zt. mit Rollenstemp. d.
Wappensupralibros (Mit Exlibris d. Markgrfn. Ludwig Wilh. I. v.
Baden. Etw. Stockf. u. Gebraunt. Einbd. starker beschäd. etw.
fl., kl. Wurmgänge).

X

420.-

